IHERINGIA

SÉRIES CIENTÍFICAS
DO
MUSEU RIO-GRANDENSE DE CIÊNCIAS NATURAIS

BOTÂNICA — N.º 7 — JANEIRO DE 1960

BASIDIOMYCETES EUBASIDII IN RIO GRANDE DO SUL — BRASÍLIA

4. Meruliaceae
Polyporaceae
Boletaceae

Pe. Johannes Rick S. J.

SECRETARIA DE EDUCAÇÃO E CULTURA
DIVISÃO DE CULTURA
DIRETORIA DE CIÊNCIAS

IHERINGIA	SÉRIE BOT.	N.º 7	Págs. 193-295	PÔRTO ALEGRE	JANEIRO — 1960

ATUAL QUADRO DE PESQUISADORES DO

MUSEU RIO-GRANDENSE DE CIÊNCIAS NATURAIS

DIRETOR
Pe. Balduíno Rambo S. J.;

ENTOMOLOGIA
Ludwig Buckup — Dr. rer. nat., Bacharel-Licenciado em História Natural;

HERPETOLOGIA
Antônio Carlos Pradél Azevedo — Bacharel-Licenciado em História Natural;

Thales de Lema — Bacharel-Licenciado em História Natural;

MALACOLOGIA
José Willibaldo Thomé — Bacharel-Licenciado em História Natural;

ORNITOLOGIA
Eduardo Casado Marques.

Tôda correspondência referente à

I H E R I N G I A

deve ser enviada ao

MUSEU RIO-GRANDENSE DE CIÊNCIAS NATURAIS

CAIXA POSTAL N.º 1188
Pôrto Alegre — Rio Grande do Sul — Brasil

Desejamos estabelecer permuta.
We wish to establish exchange.
Wir wünschen Austausch.

IHERINGIA | SÉRIE BOT. | N.º 7 | Págs. 193-295 | PÔRTO ALEGRE | JANEIRO — 1960

BASIDIOMYCETES EUBASIDII IN RIO GRANDE DO SUL — BRASILIA (*)

4. Meruliaceae, Polyporaceae, Boletaceae

Pe. Johannes Rick S. J. (**)

Nota: A presente obra apareceu, em continuações, nos números 2, 4 e 5 da Série Botânica de "Iheringia".

Note: The present work has appeared, in continuations, in NN. 2, 4, 5 of the Botanical Series of "Iheringia".

Anmerkung: Vorliegendes Werk ist in Fortsetzungen erschienen in NN. 2, 4, 5 der botanischen Reihe von "Iheringia".

MERULIACEAE

PHLEBIA Fries.

Phlebia sordida Rick, Broteria 34 (1938) 6.

Resupinata, subgelatinosa, sordida, anguste lirellosa, margine aquoso, farinoso. Sporis 4-5x3 my.
Effusa, sordida, pulverulenta. Hennings Phlebiam blumenaviensem descripsit sporis 3x1 my, quae forsan huic speciei identica, cum sporarum mensura apud Hennings dubia sit.
Ad lignum.

Phlebia Mölleriana P. Henn. — Saccardo 14,207. — Rick, Broteria 34 (1938) 7.
Resupinata, gelatinoso-ceracea, in sicco tenui-membranacea, rigida; vegeta fere vitrea, sicca aurantiaca aut brunneo-aurantiaca; hymenio interrupte radiato, rugoso-cristato, immo stalactitio. Sporis 7-9x5-6 my, nucleatis, membrana valida, elliptico-depressis.
Ad lignum, rara.

(*) Trabalho entregue para publicação em 20 de janeiro de 1960.

(**) Falecido em 6/5/1946. Obra póstuma publicada sob responsabilidade do Sr. Pe. Balduíno Rambo S. J., Diretor da Diretoria de Ciências e respondendo pela Direção do Museu Rio-Grandense de Ciências Naturais.

Ex parte Odontia, ex parte Radulum, ex parte Phlebia, vere chamaeleontica. Basidiis lineari-clavatis, longis, conglutinatis. Sporarum mensura ab Hennings data falsa est. Thelephora riccioides Berk., saltem prout a me concipitur, eadem videtur species.
Fungi Rickiani 12725, S. Leopoldo 1939. — 14570, 14571, 20382, S. Salvador 1942.

Phlebia reflexa Berk. — Saccardo 6,500.
Nota editoris: Synonymorum nubem vide apud Lloyd!
Resupinata, stereiformis, non gelatinosa, tenax, margine strigoso, albo; hymenio cum rugis elongatis brunneo-atro; sicca quasi laevis, sed aliquid lineata. Basidiis cylindricis, 30-35x4-5 my, sed etiam longioribus.
Ad corticem, extra Europam cosmopolita. Non genuina Phlebia, quia dura.
Fungi Rickiani 14561, 14562, Couto 1936.

Phlebia cinnamomea Rick, n. sp.
Resupinata, ceracea, pallide cinnamomea; hymenio contorto, gyroso, margine albo-fimbriato. Basidiis hyphisque dilutis, basidiis elongato-capitatis, 4-sporis. Sporis 8x5 my.
Ad corticem.
P. castaneae Lloyd comparanda.
Fungi Rickiani 14566, Sta. Rosa 1936: Typus.

Phlebia butyracea Rick, n. sp.
Resupinata, margine subgelatinoso, demum atro, isabellina, mollis, butyracea, circumvolutionibus densis, fere grandinioideis. Basidiis hyphis minimis coopertis, olcose incrustatis, guttulatis, longis, 4 my latis, 4-sterigmaticis. Sporis hyalinis, 5-7x3-4 my.
Ad lignum.
Grandiniae Braunii Rick et Gr. sordidae Rick similis, mollior tamen et potius Grandiniochaete.
Fungi Rickiani 20131, S. Salvador.

MERULIUS Haller.

Merulius Sodiroi (Pat.) Rick, n. comb.
Phlebia Sodiroi Pat. — Saccardo 11,113. — Rick, Broteria 34 (1938) 7.
Resupinatus, tenuis, papyraceus, longitudinaliter elongatus, margine reflexo, subtus villosus; albidus, zonatus; hymenio carneo-rufo, ceraceo, plicis tenuibus, obtusis, frequenter interruptis, hinc inde orbiculariter dispositis. Sporis 6-7x3 my.
Ad lignum.
Hanc speciem simul cum Schizophyllo communi Fr. inveni; nihil aliud ac lusus huius videtur speciei. Venae enim saepe lamellarum radialem ostendunt dispositionem. Spori omnino conveniunt. Margo pariter strigosus ac in Sch. communi, quod Möller in cultura sine lamellis obtinuit. Hymenium vero in meo specimine distinctum.
Fungi Rickiani sub Ph. Sodiroi Pat. 19694, Couto 1936.

Merulius xylostromatoides (Berk.) Rick, Broteria 34 (1938) 10. Poria xylostromatoides Berk. — Saccardo 6,332.
Var. **chromo-rufa** Rick, Broteria 34 (1938) 10.

Albidus, totus resupinatus, mycelio molli elastico intertextus, demum proliferus; poris parvis, angulatis, acie subintegra. Sporis 5-6x4,5 my, ellipticis.
Ad lignum putridum.
In sicco prorus aparet ut Poria, vegetus autem verus Merulius. Color in vegeto chromo-rufus, in sicco pallide cervinus immo etiam albus. Subtus est albus, xylostromaticis filamentis in membranam facile separabilem munitus.
Fungi Rickiani sub Poria xylostromatoides Berk., 1862, S. Leopoldo 1932.

Merulius subaurantiacus Peck. — Saccardo 6,415. — Rick, Broteria 34 1938) 10.
Effusus, membranaceus, tenuis, mollissimus, a matrice separabilis, pallide aurantiacus; subiculo molli, sericeo-tomentoso, ex albido aurantiaco, demum pallido; hymenio gyroso, plicato dentatoque. Sporis 6x5 my, late ellipticis.
Ad lignum putridum.
H. Sydow, Obs. myc. 1 (1915) 100, hanc speciem M. fugaci Fr. identicam habet.

Merulius purpureus Rick, Broteria 34 (1938) 9.
Effusus, membranaceus, margine albo, radiato-fibroso, centro purpureofusco, velutino-pulverulento, crasse gyroso, aspectu grosse papillato. Sporis albis, 6-7x5 my.
Ad ramos siccos versus terram iacentes.
Merulio lacrimanti proximus, sed sporis albis. A. M. fusco distinctus.
Fungi Rickiani 14316, Hamburgo Velho.

Merulius dubiosus Bres.
Rick, Broteria 34 (1938) 9.
Conchato-effusus, mollissimus, papyraceus; superficie albo-olivacea, longitudinaliter scabrosa, venis ceraceis, vitreis, rugiformibus, paucis. Sporis 3-5x3 my.
Ad lignum putridum laxe adhaerens.
Cladoderridi similis. Forsan Radulum spongiosum Berk. huic speciei identica; habet enim formas stalactitias.
Var. **coriacea** Rick, n. var.
Tenuior, validior, venis cladoderridiformibus. Sicca flavo-ochracea. Inter Cladoderridem, Merulium et Odontiam varians. Cladoderis Rickii Lloyd similis, colore autem intense ochraceo distincta. C. Rickii Lloyd ab initio ochracea, rugis magis punctatis; Merulius autem dubiosus solum vetustus ochraceus saepeque vix lineatus. Species frequentissima et sine dubio iam sub variis generibus descripta.
Fungi Rickiani 14297, 14299, 14318, 14304, S. Leopoldo 1931. — 14309, 12880, 14302, 14300, 20710, 20853, 22721, 22893, 23136, S. Salvador 1942-1943.

Merulius serpens Tode. — Saccardo 6,417. — Rick, Broteria 34 (1938) 9 sub Merulius porinoides Fr., var. misera Rick.
Albus, resupinatus, papyrinus, margine albo-byssino, villoso. Basidiis lineato-clavatis. Sporis 4,5-6x3 my, hyalinis. Venis paucis; cystidiis parvis, apice paulum incrassatis, hymenio sordide flavo.
Ad palmam putridam.
Saepe aliquid pilei habet; apparet etiam venis densissimis.
Fungi Rickiani 14315, Sta. Maria 1935. — 14292, S. Leopoldo 1932. — 14294, 14308, Parecí 1935. — 20313, 22775, S. Salvador 1943.

Var. **crispata** (Müll.)
Merulius crispatus. — Saccardo 6,418.
Subiculo magis evoluto, crispato-lobato, plicis densissimis, in sicco poriformibus; demum valde scissus.

Merulius corium Fr. — Saccardo 6,413. — Rick, Broteria 34 (1938) 9.
Resupinato-effusus, mollis, subpapyraceus, albus; hymenio anguste reticulato-poroso, carneo, pallide flavo. Sporis oblongo-lanceolatis, hyalinis aut argillaceis, 4-7x3 my.
Ad ramos, pileatus.
Hymenio carneo insignis.
Var. **flavescens** (Bres.) — Rick, Broteria 5 (1906) 15; Broteria 6 (1907) 91.
Merulius flavescens Bres. — Saccardo 23,464.
Flavior tenuiorque, poris dentatis, rigidioribus quam in M. mollusco.
Fungi Rickiani 14303, 14296, 14290, 14285, 14289, 14309, S. Leopoldo 1904-1942.

Merulius subambiguus P. Henn. — Saccardo 14, 200. — Rick, Ann. Myc. 6 (1908) 107, fungi exs. 181; Broteria 34 (1938) 8.
Resupinatus, effusus, submembranaceus, ochraceo-rufus, ambitu laete byssino-albo; hymenio ceraceo, primum reticulato, deinde poroso; poris subrotundis, acutangulis. Sporis 4-6x3 my, irregularibus, tortuosis, apiculatis, hyalino-fuscidulis.
Ad corticem.
Ab Odontia corticioidi Rick solum colore ochraceo-rufo hymenioque polyporoideo distinctus. Peniophorae giganteae forsan forma tropicalis.
Fungi Rickiani 14288, S. Leopoldo 1939.

Merulius similis B. et Br. — Saccardo 6,420.
Merulii lacrimantis varietas, colore ochraceo-flavo, circumvolutionibus minoribus sporisque 3 my, subsphaericis.
Ad lignum.
Var. **sulphurea** Rick, n. var.
Pure sulphurea, fere odontioidea, sporis flavo-brunneis, guttulatis, ovalibus, 5-6x3 my, iis Merulii lacrimantis identicis.
Fungi Rickiani 14318, S. Leopoldo 1907. — 20833, 20647, S. Salvador 1944.

Merulius rufus Pers. — Saccardo 6,417.
Crustaceo-adnatus, ceraceo-mollis, glaber, carneo-ruber, ambitu subnudo; hymenio aequaliter poroso, concolore. Sporis 4,5-6x2 my.
Ad truncum.
A M. purpureo glabritie distinctus.
Fungi Rickiani 14306, Sta. Maria 1936.

Merulius ochraceus Lloyd, Myc. Notes 6, 1059, pl. 182, ff. 1986, 1987.
Plerumque resupinatus, margine reflexo, albo; hymenio ochraceo, tuberculoso, gyroso, non poroideo. Sporis ellipticis, 3x6 my.
Ad corticem.
Meo sensu M. dubiosus Bres.
Fungi Rickiani 14284, 23140, S. Salvador 1943.

Merulius tremellosus Schrad. — Saccardo 6, 411. — Rick, Broteria 6 (1907) 91; Broteria 21 (1924) 136; Broteria 34 (1938) 7.
Resupinatus, deinde liber reflexusve; pileo 3-4 cm lato, 4 mm crasso, effuso-scalari, carnoso-tremelloso, tomentoso, pallido, margine dentato-radiato; plicis porosis, rubicundis. Sporis 4x2 my.
Ad ligna.

Saepe pileo bene evoluto praeditus. Ab omnibus aliis consistentia vere gelatinosa; a M. lacrimanti pileo evoluto plicisque rubicundis distinctus. Fungi Rickiani 14283, 14287, 14293, 14314, S. Leopoldo 1932. — 14301, 22982, 22983, S. Salvador 1944.

Merulius Mölleri Bres. et P. Henn. — Saccardo 14,200. — Rick, Broteria 34 (1938) 8.
Merulio tremelloso Schrad. identicus, sed membranaceo-mollis sporisque globosis, 3 my, nucleo fulvo.
Ad ligna.
Non legi.

Merulius molluscus Fr. — Saccardo 6,416.
Var. **microspora** Rick, Broteria 34 (1938) 8.
Effusa, tenuis, mollis, membranacea, margine byssino-albo; plicis porosis, gyrosis, carneis. Sporis ovatis, 4x3 my, argillaceis.
Ad ligna.
In meo specimine hymenium olivaceum, demum aurantiacum. Forsan M. serpens identicus.
Fungi Rickiani 14307, S. Leopoldo. — 20524, S. Salvador 1945.

Merulius densus Rick, n. sp.
Resupinatus, albus, gossypinus, margine membranaceo, late sterili, gossypino; hymenii rugis inter se liberis, daedaloideis. Sporis ovalibus, nucleo excentrico, argillaceis, 5x3 my, hyalinis. Poris ceraceis, ad marginem subporose obtusis, crassiusculis.
Ad corticem.
A M. mollusco var. microspora colore, plicis densissimis aspectuque grandinioideo distinctus.

Merulius gloeoporus Rick, n. sp.
Resupinatus, margine albo-strigoso, membranaceo-adnato, pulchre roseo-rubro; plicis poriformibus, gelatinosis; poris daedaloideis. Sporis flavidulis, ovatis.
Ad ramum.
Siccus flavo-stramineus. Quamvis aspectu a Phlebia Mölleri diversus forsan huius speciei lusus.
Fungi Rickiani 15625, S. Salvador 1942.

Merulius gossypinus Rick, n. sp.
Resupinatus, margine membranaceo late sterili, gossypino, rugis densis, inter se liberis daedaloideis, margine subporosis, crassiusculis. Sporis 25x15 my, ovato-depressis, grosse apiculatis. Sporis gonidialibus elongatis, 15x6-8 my.
Species nonnihil a genere recedens.

CAMPANELLA P. Hennings.

Campanella cucullata (Jungh.) P. Henn.
Rick, Broteria 34 (1938) 20.
Pileo albo, gelatinoso, puncto substrato adnexo, 1-2 cm lato, tenui. Poris latis, e venis formatis. Sporis 3-4 my, subglobosis.
Ad lignum.
Non alba, sed vitrea, resupinata aut campanulata, venis paucis. De

synonymorum turba vide Lloyd. Ad Bambusam emortuam frequens; ad Gramineas, Rimbachiae similis.
Fungi Rickiani 12719, Parecí 1942.

Campanella virginea Rick, n. sp.
Pileo 0,5 cm lato, sessili, laterali, molli, membranaceo, laevi, non striato, lamellis paucis, latis, albis, excentricis, ceteris angustis; hymenio merulioideo, Sporis 8x7 my.
Ad Bambusam vivam.
Potius Arrhenia.
Fungi Rickiani 12728.

Campanella purpurea (Berk.) Lloyd, 5, 816. — Rick, Broteria 34 (1938) 21.
Pileo sessili vel substipitato, 1-2 cm lato, subgelatinosa, satis firmo, coeruleo-purpureo; poris venosis, concoloribus, magnis. Sporis 8-10 my polygonalibus.
Ad ligna.
Hexagoniae similis. Color saepe flavo-ruber.

Campanella marasmioides Rick, n. sp.
Pileo membranaceo, non gelatinoso, albo-cremeo, parvo, laterali, sessili, tenace, marasmioideo, papulato; lamellis venoso-connexis, albis, angustis, distantibus. Basidiis 40x9 my, clavatis. Sporis variis, aut 5-6 my, aut 12-6-9 my, apiculatis.
Ad corticem.
Fungi Rickiani 12720, S. Salvador 1943.

Campanella flava Rick, Broteria 34 (1938) 21.
Pileo sessili, 1 cm lato, membranaceo-elastico, cucullato, flavido; poris magnis et venis paucis constitutis. Sporis 10x8 my, grosse apiculatis.
Ad ramos siccos.
Forsan Marasmius.

RIMBACHIA Patouillard.

Rimbachia cyphelloides Lloyd, Myc. Notes 5, 802, ff.1245, 1246. — Rick, Broteria 21 (1924) 10; Egatea 13 (1928) 434; Broteria 34 (1933) 16.
Alba, gelatinosa, peziziformis, 10-15 mm diametro; stipite brevi; hymenio venoso, supero, sine cystidiis. Sporis subglobosis, 6-8 my, hyalinis, laevibus.
Ad ligna.
Fungi Rickiani 14882, 20791, S. Salvador 1943.

Rimbachia vitellina Lloyd, Myc. Notes 5, 803, f. 1247. — Rick, Broteria 21 (1924) 10; Egatea 13 (1928) 434; Broteria 34 (1938) 16.
Tenuis, flava, laevis, stipite tenui, flavo, 1-1,5 cm longo; pileo plano, 1 cm lato hymenio superiore, venis obtusis poriformibus formato, sine cystidiis. Sporis 3x2,5 my.
Ad lignum.
Fungi Rickiani sub Campanella vitellina 12726, S. Leopoldo 1932. — 22945, S. Salvador 1945.

Rimbachia Puiggarii (Speg.) Rick, n. comb.
Cyphella Puiggarii Speg. — Saccardo 9, 246. — Rick, Egatea 16 (1931) 43.
Pileis solitariis, laxe gregariis, cupulato-orbicularibus vel auriculariiformibus, 2-8 mm latis, sessilibus, tenuiter membranaceis, subceraceis candidis, extus laevissimis; puncto impresso matrici adnatis; hymenio primo laevi, deinde laxe venoso.
Ad culmos gramineos.
Generatim ut Cyphella, bene autem evoluta Rimbachia est circumvolutionibus paucis, initio crassis.

Rimbachia pezizoidea (Speg.) Lloyd, Myc. Notes 5, 817, f. 1362. — Rick Broteria 21 (1924) 10; Broteria 34 (1938) 16.
Merulius pezizoideus Speg. — Saccardo 9, 205.
Alba, membranacea, cupuliformis, stipitata, 1-2 cm lata, 2 mm crassa, caespitosa; stipite tenui, 1-2 cm longo; hymenio poroso, venis rugulosis; poris magnis, superioribus. Sporis 6x4 my.
Ad lignum.
Pezizae (Tarzettae) similis.
Fungi Rickiani 19678, 20018, S. Salvador 1943.

LOPHARIA Kalchbrenner.

Lopharia albida. Rick, Broteria 34 (1938) 13.
Effusa, innata, tenuissima, crustaceo-ceracea, margine furfuraceo-albo, subnullo; plicis albis, demum acutis, albo-fimbriatis, longis, minimis, parum anastomosantibus. Sporis albis, 10-12x4 my, cylindricis.
Ad lignum.
Fungi Rickiani 13935, Pareci 1930: Typus — 13941, S. Leopoldo 1932.

Lopharia bambusae Rick, n. sp.
Coriaceo-rigida, resupinata, firmiter adnata, crassiuscula, margine determinato, cinnamomeo-ferrugineo, sterili, placentas unitas formante; hymenio unicolore, avellaneo; laminis delicatis, seriatis, squamosis, aspectu nitido. Sporis 4-8x3,5 my, ovatis.
Ad Bambusam.
Poriae Bambusae Pat. identica, poris tamen evanidis.
Fungi Rickiani 13938, S. Salvador 1939: Typus.

Lopharia rimosissima Rick, n. sp.
Pure alba, postea straminea, coriaceo-crustosa, deglubens; laminulis compressis, applanatis, seriatis, minimis, cristatis; margine nullo; hyphis conglutinatis. Basidiis acutis, linearibus, 3 my latis.
Ad lignum.
Odontiae rimosissimae videtur identica.
Fungi Rickiani 13937, 13939, 13940, S. Salvador 1940.

PHLEBOPHORA Léveillé.

Phlebophora Solmsiana P. Henn., NP 1, 1, 128.
Pileo 1-3 cm lato, tenuissime papyraceo, cartilagineo, griseo-hyalino,

nudo, plano. Hymenio laevi, vix lineato, paucis lineis concentricis, concoloribus. Stipite usque 4 cm alto, 2 mm lato, concolore.
Ad terram, rarissimus.
Libello papyraceo Lloyd proxima; forsan ad Craterellaceas reducenda. Quod Hennings 1 c. decribit, est Marasmius transformatus, pileo stipitato sphaerico, cinnamomeo, 1 cm lato, venoso, ruguloso. Non est vera Phlebophora. P. Solmsiana sec. Bresadola est Heliomyces.
in hac magna confusione de mea determinatione solemniter dubito.

POLYPORACEAE.

Hymenio poris veris formato. Fungi carnosi, coriacei, lignosi, suberosi: textura colorata albave, poris generatim eiusdem coloris; cum aut sine pileo (resupinati, stipitati aut sessiles aut merismoidei); substrata sunt ligna omnia viva aut mortua, aut terra, non vero stercora.
Aliqui sunt arborum vivarum hostes periculosi, plerique tamen saprophytae.
Sporae generatim parvae, coloratae aut hyalinae, unicellulares. Basidii valorem diagnosticum non habent, cum vix differant. Polyporacearum conservatio facilis est. Ante omnia bene siccatae sint! Deinde inclusa in arca naphtalinata intacta manent.

Polyporacearum synopsis.

1. Sine pileo; stratum uniforme, resupinatum; carnosae, coriaceae, lignosae aut papyracea:
   Poria.
2. Idem, poris tamen in communi substrato separatim ortis, solum impressis:
   Porothelium.
3. Cum aut sine strato communi; poris tubiformibus, separatis:
   Solenia.
4. Pileati, coriaceo-membranacei, tenues, poris parietibus unitis:
   Polystictus.
5. Idem, sed compactiores, pororum carnisque contextu distincto:
   Polyporus.
6. Idem, strata tamen pororum plura:
   Fomes.
7. Sicut Polyporus, sporis tamen apice applanatis:
   Ganoderma.
8. Sicut Polyporus, poris tamen maioribus, hexagonalibus, plerumque glaucescentibus:
   Hexagonia.
9. Idem, sed carnoso-coriacei, poris favoloideis, non glaucescentibus:
   Favolus.
10. Sicut Polyporus, contextu tamen porisque non distinctis:
    Trametes.
11. Pusilli, gelatinosi:
    Laschia.

12. Sicut Trametes aut Polyporus, poris labyrinthiformibus: **Daedalea.**
13. Pileo coriaceo, hymenio gelatinoso, detrectabili: **Gloeoporus.**

FOMES Gillet.

Durus, plerumque lignosus, perennis, plerumque magnus, lateraliter sessilis aut resupinatus; poris plerumque parvis, stratificatis, stratis pororum annualibus inter se superpositis; cortice generatim brunneo, saepe nigro.
Contextus a pororum structura distinctus. Parasitae in arboribus vivis aut saprophytae in emortuis, plerumque unum alterumque.
In Europae hoc genus bene a Polyporo distinctum, in quo pori non per strata disponuntur; in nostris autem regionibus non raro Polypori, quamvis per exceptionem, poros ostendunt stratificatos.
Notae distinctivae sunt natura contextus, cortex, pororum color, aliquando etiam proiectiones microscopicae in interiore pororum parte, quae setulae vocantur; quibus Lloyd multum valoris tribuit, quamvis non sint constantes.
Sporae coloratae etiam in fungo vetusto exsiccato observari possunt, cum e contra sporae hyalinae solum in vegeto observationi prostent.

Fomes hornodermus Mont. — Saccardo 6,166. — Rick, An.. Myc 6 (1908) 106, fungi exs. 171; Broteria 6 (1907) 86; Egatea 10 ((1925) 254.
Fomes pseudoferreus Lloyd, Myc. Notes 7,12070, pl. 282, f. 2774.
Pileo unguliformi, lateraliter sessili, generatim pulvinato, non decurrente, etiam applanato, 5-20 cm lato, usque 5-10 cm crasso, durissimo, ponderoso, crusta nigra, saepe sulcato, sulcis parvis, semicircularibus, contextu pallido (in africano etiam brunneo). Poris albis, tenuissimis, duris, tritis sanguinolentis. Pororum strata generatim firmiter adhaerent, sed Lloyd habet exemplar, in quo facile solvuntur. Sporis albis, generatim 4-7 my, apice protracto.
Non rarus, sed etiam non communis.
Var. **hemitephra** (Berk). — Saccardo 6, 199.
Eadem species, contextu sub crusta flavo.
Var. **sulcata** (Cooke) — Saccardo 6, 171.
Eadem species, poris tamen maioribus, fere daedaloideis.
Fungi Rickiani 15824, Parecí 1941.
Var. **sulcata** (Cooke) — Saccardo 6,171.
Minor, mollior, magis sanguinolentus.
Fungi Rickiani 15833, 15835, 15882, S. Leopoldo.

Fomes tropicalis Cooke. — Saccardo 6,206.
Effusus, crassus, induratus. 25-50 cm longus, 8-10 cm latus; margine atro, sterili; contextu fusco: hymenio pallido; poris obliquis, plerumque stratosis, regularibus, rotundatis, 0.20-0,25 mm diametro, dissepimentis crassiusculis, rigidis. Contextu initio pallido.
Ad truncos.
Sporis hyalinis 6-9 my. Poriae obliquae forma videtur tropicalis.
Fungi Rickiani 15776, Sta. Maria 1935. — Cêrro Largo 15850, 1939.

Fomes connatus Fr. — Saccardo 6,196. — Rick, Egatea 10 (1925) 254.
Pileo imbricato, pileis superpositis, 5-20 cm lato, usque 5 cm crasso,

sessili, albo, vetusto nigro, sine crusta; contextu albo, duro; pororum stratis 2-3 mm altis, inter se bene separatis; strato contextus inter pororum strata interposito; poris flaccidulis, obscurioribus quam contextus, parvis. Sporis sphaericis, hyalinis, 5-6 my, guttulatis.
Ad lignum.
In hymenio cystidia insunt incrustata, hyalina, capitata. In variis arboribus etiam parasiticus. Cave ne cum Polyporo cremeo Bres. confundas, poris non stratificatis nec flavidulis. Fomes memorandus Speg. ad basin arborum prorsus identicus, crusta tamen nigra, dura.
Fungi Rickiani 15800, S. Paulo.

Fomes piperis Rick, n. sp.
Pileo usque 4 cm lato, 1 cm crasso, applanato, vix sulcato, stramineo, sublaevi; contextu molliore, albo; poris parvis pallidis, bene stratificatis, stratis inter se facile separabilibus, minimis, sine contextu inter strata.
Ad caulem Piperis.
Fungus dimidiam partem caulis plantae adhuc stantis amplectitur facileque separatur, ita ut non videatur parasitari in caule, ad modum Polypori fruticum. Forma Polyporus, genuinus tamen Fomes, utique a formis consuetis alienus. Iam ante 20 annos hanc speciem legeram, sed Fomiti Meliae Underwood tribueram, et sub hoc nomine a me missus in aliquibus iacet museis.
Fungi Rickiani 15828, S. Leopoldo.

Fomes geotropus Cooke. — Saccardo 6,166.
Secundum Lloyd est Fomes ulmarius Sowerby, forma Polypori lignosi fomentaria; hinc illic videndum est.
Fungi Rickiani 15839, 15884, S. Paulo 1936.

Fomes annosus Fr. — Saccardo 6,197.
Pileo ligneo, contextu parco, superficie rugosa, crusta laevi, brunnea aut sanguinea, contextu pallido, aliquid flavescente, sicco flavido; poris parvis, rotundis, pallidis, aut elongatis, parietibus tenuibus; strata annua ita inter se separantur, cum stratorum tubuli non sicut in ceteris Fomitibus continui sint. Sporis globosis, hyalinis, laevibus, 4-5 my.
Fungi Rickiani 19644, S. Paulo.

Fomes perelegans Rick, n. sp.
Mesopus, stipite brevi, crasso, informi, pallide brunneo; pileo viridi-flavo, sicco albo, parcissime velutino, succulento-spongioso, sicco toto duro; carne a poris bene distincta, ita ut pori a carne separabiles sint ut in Boleto; poris parvis, rotundis angulatisve; carne sub crusta tactu rosea; sporis elongatis, 2,5x6 my, obtusis, hyalinis. Typus inventus est a P. C. Torrend SJ, Bahia; ego inter Bambusas inveni apparenter in terra, de facto tamen in ligno defosso. Technice Fomes, utique prima species stipitata; praeterea separabilitas pororum a contextu in meo specimine prorsus ab idea Fomitis aliena est.
Pulcherrima sepecies, semel solum lecta.
Fungi Rickiani 18213, S. Salvador 1934.

Fomes ohiensis (Berk.)
Rick, Egatea 10 (1925) 254.
Trametes ohiensis Berk. — Saccardo 6, 342.
Pileo parvo, 2 cm lato, 0.5 cm crasso, pulvinato, albo, superficie flavescente, sine crusta; contextu porisque albis. Sporis obovatis, cuneiformibus, hyalinis 8-12x14 my.

Saepius ad lignum fabrefactum, etiam ad ramos, semper pauca exemplaria. Sporae magnae, ganodermatoideae. Inter parvas Fomitis species militat.
Fungi Rickiani 15869.

Fomes rufo-flavus B. et C. — Saccardo 6,191. — Rick, Broteria 21 (1924) 8; Egatea 10 (1925) 255.
Pileo tenui, applanato, usque 4 mm lato, generatim minore, gompho communi prolificante, imbricato, vix 2-3 cm crasso, laete flavo, laevi, sicco magis rubro-flavo, sulcato, valde lignoso, contextu sicco pallide flavo. Poris stratificatis, minimis, laete flavis; cystidiis latis, rugosis, hyalinis, cylindricis, 40x8 my. Sporis 2,5x5 my, hyalinis.
In superficie truncorum caesorum adhuc radicibus terrae inhaerentibus. Pororum stratificatio difficulter apparet; in iuniore fungo non adest, ita ut plerumque Polyporum fingat.
Fungi Rickiani 15886, S. Leopoldo.

Fomes pinicola Schwatz. — Saccardo 6,167.
Pileo applanato aut ungulato, crusta tenui, resinosa, initio alba, dein rubra vel violacea, demum nigra, 10 cm lato, 4-10 cm crasso; contextu duro sed fomentario; poris parvis, rotundis; tubulis 1 cm longis, pallide flavis, durioribus quam contextus. Sporis 7-10x3,5-4 my, obovatis, hyalinis, laevibus.
In Europa in Pino communis. Hic neque a me neque ab aliis lectus, sed mirum sane esset eum abesse. Araucaria nostra de facto parum a Fomitibus aliisque fungis inficitur.

Fomes perlevis Lloyd, Myc. Notes 4, Fom. 231, L. 39 bis, 2; 5, L. 69, 14. Rick, Broteria 21 (1924) 8; Egatea 10 (1925) 255.
Pileo ungulato, 3-30 cm lato et crasso, colore lateritio, contextu ligneo sed levi, vix friabili; superficie obscuriore sed vix brunnea, sine crusta, facile ungue impressibili; poris parvis sed visibilibus, minus coloratis, rore albo subglaucis; hyphis coloratis. Sporis subhyalinis 4-4,5x5,6 my, laevibus.
Ubique in Melia; etiam in Psidio.
Colore, pondere levissimo quamvis maximus, poris indistincte stratosis albo-irroratis insignis. In Meliaceis (Melia, Cedrela etc.) frequens, quas saepe multis individuis occupat funesteque destruit. Hucusque solum ex Africa notus. Etiam ad Myrtaceas.
Fungi Rickiani 15854, S. Leopoldo 1930.

Fomes lateritius Cooke — Saccardo 6,183. — Rick, Egatea 10 (1925) 255.
Pileo unguliformi, crasso, usque 10 cm lato, 3-5 cm crasso, crusta crassa, brunnea; contextu duro, ligneo, lateritio; poris minutissimis, orificiis bruneis, sine setulis. Sporis gibbosis, 5-6 my, coloratis, laevibus.
Ad truncum semel lectus.
Informis, a Fomite perlevi contextu duriore, poris brunneis, non alboirroratis distinctus.
Fungi Rickiani 15795, S. Leopoldo.

Fomes psila Lloyd, Myc. Notes 4, Fom. 233, f. 582, L. 58,7; 7.1289.
Pileo applanato, 3-8 cm lato, 3 cm crasso, superficie pilis tecta fulvis; contextu brunneo; poris duris, lignosis, minutissimis, orificiis brunneis, sine setulis.
Ad lignum.
Polysticti cirrhiferi Mont. forma fomitoidea; Trameti hydnoidei similis, a quo tamen forma coloreque indumenti distinctus, quod in T. hydnoideo

nigrum est. Lloyd in classificatione huius fungi vaccillat; vera tamen autonomaque species est, ideoque prima Lloydii opinio praevalet.

Fomes reviviscens Lloyd apud Rick, Broteria 21 (1924) 7. — Egatea 10 (1925) 260; Egatea 13 (1928) 433.
Pileo 3 cm lato, convexo, 4 cm crasso, ex parte resupinato, tenui, superficie brunnea, rugosa, sulcata, contextu fere nullo, demum brunneo; poris magnis, vix profundis, irregularibus, stratosis. sed strato secundo fere soluto, initio pallidis, postea brunneis. Sporis 14x4-5 my, elongatis.
Ad ramos.
Trametes fomitoidea; inveni hanc speciem raram iterum, sed sine secundo strato. In Herbario Lloyd non adest typus, sed solum cotypus a me missus, n. 37757, typo tamen probabiliter non correspondens. Diagnosis mea est: Melius ad Trametem ducitur, quia coriaceus et elasticus.

Fomes fomentarius L. — Saccardo 6, 179. — Rick, Egatea 10 (1925) 256.
Pileo applanato aut plerumque ungulato, 3-8 cm plus minus lato, 3-5 cm crasso, saepe concrescente sed non decurrente, crusta dura, laevi, cinerea, aut in iuventute brunnea, zonis semicircularibus, latis, nigris, non sulcatis; contextu molli spongioso, saturate brunneo; poris parvis, cinereis aut brunneis, pallide irroratis; tubulis semper longis; pororum contextu obscuriore contextu tramae, sine setis. Sporis hyalinis, oblongis, 16x5 my.
Ad arbores vivas et caducas frequentissimus.
Vegetus fractus odorem habet farinae debilem. Contextus materiam praebet ad ignem producendum et vulnera operienda. Saepe est giganteus; sed etiam pileum vix 1 cm crassum latumque legi. Ante 40 fere annos Bresadola sporas vocat gonidiales; ipse sporas genuinas numquam se vidisse testatur. Recte forsan; sporae nempe istae tam numerosae erant sicut in Fomitibus esse non solent.
Var. **nigricans** (Fr.) — Saccardo 6, 180.
Totus niger sulcatusque. Bresadola attribuit Friesio, sed F. nigricans Fr. forma est Fomitis igniarii. De confusione primitiva huius speciei iam communi vide Myc. Notes 6, 1022.
Fungi Rickiiani 15865, 15680, 15880, Sta. Maria 1936. — 15808, 15810, 20269, 20446, S. Salvador 1943.

Fomes caliginosus Berk. — Saccardo 6, 194; — Rick, Broteria 21 (1924) 8; Egatea 10 (1925) 256.
Vide Polyporus caliginosus Berk.; generatim enim est Polyporus.

Fomes intertextus Lloyd, Myc. Notes 4, Fom. 237, 278; 5.L. 69, 17; 7, 1164 — Rick, Broteria 21 (1924) 8; Egatea 10 (1925) 260; Egatea 13 (1928) 433.
Pileo applanato vel ungulato, 5 cm lato, 2 cm crasso, sine crusta, colore obscure brunneo, laevi, contextu brunneo; strata pororum cum contextus stratis alternantibus, sine setis. Sporis numerosis, 3-4 my, subcoloratis.
Ad truncos, rarus.
Fomiti caliginoso prorsus similis.

Fomes rimosus Berk. — Saccardo 6,181. — Rick, Egatea 10 (1925) 257.
Pileo ungulato, superficie nigra, scissa, rugosa, sine vera crusta, contextu brunneo-flavo, quam in Fomite igniario minus obscuro; poris duris, brunneis, parvis, iunioribus tactu velutinis; stratis annualibus 3-4

mm longis, setis instructis; hyphis flavidulis. Sporis globosis, coloratis, 5 my.
Ad lignum frequens.
Puto me saepius hanc speciem cum F. igniario confudisse.
Var. **badia** (Berk). — Saccardo 6,175. — Rick, Broteria 21 (1924) 8; Egatea 10 (1925) 258.
Superficie laeviore, poris aliquid maioribus, sporis 6-7 my, coloratis.
Var. **Niavuli** (Pat.) — Saccardo 23,400. — Rick, Egatea 10 (1925) 258.
Superficie tomentosa.
Fungi Rickiani, sine varietatum distinctione, 15818, 15893, 15811, S. Leopoldo 1931. — 15774, Sta. Maria 1935. — 15827, Pareci 1941.

Fomes yucatensis (Murr.) Sacc. et D. — Saccardo 17, 116. — Rick, Broteria 21 (1924) 8; Egatea 10 (1925) 259.
Omnibus partibus F. rimoso similis, sed sine setis; melius F. rimosi varietas.
Ad lignum.

Fomes senex Mont. — Saccardo 6, 164. — Rick, Egatea 10 (1925) 259.
Pileo applanato aut ungulato, crasso, ponderoso, duro, brunneo, rugoso, sine crusta distincta; contextu brunneo, parco; poris minimis, stratis invisibilibus, orificiis pororum brunneis, obscurioribus quam contextus, tactu velutinis. Sporis coloratis, 5 my, setis multis, 12-14 my, brevibus, latis.
Ad lignum.
Fungi Rickiani 15848, S. Leopoldo.

Fomes melanodermus Pat. — Saccardo 14, 182. — Rick, Broteria 21 (1924) 8; Egatea 10 (1925) 259.
Pileo ungulato, crusta rugosa, dura, nigra; contextu obscuro, brunneo; hyphis aliis setis similibus, aliis obscuris, pallidis commixtis; poris parvis, nigris, stratis annualibus, multis. Sporis numerosis, globosis, pallide coloratis, 4 my.
Ad lignum.
Fomiti lamaensi forsan identicus.
Fungi Rickiani 15897 (= F. melanoporus?)

Fomes calcitratus B. et C. — Saccardo 6, 195. — Rick, Egatea 10 (1925) 259.
Pileo applanato, 1-6 cm lato, 6 mm crasso, margine acuto, crusta dura, brunnea, laevi, sulcata; contextu brunneo-ligneo; poris parvis, orificiis duris, setis paucis. Sporis coloratis, 5-6 my, globosis.
Ad lignum.
Polyporus licmoides fomitoideus, duritie tamen bene distinctus.
Fungi Rickiani 15832, S. Leopoldo. — 15779, 15827, Pareci 1941. — 15817, S. Salvador 1942.

Fomes Sanfordii Lloyd, Myc. Notes 4, Fom. 258.
Pileo tenui applanato, margine acuto 1 cm crasso, 3 cm lato, superficie rubro-brunnea, sulcato, tomento duro tecto, tomento a contextu linea nigra separato; contextu brunneo- flavescente, duro, 2 mm crasso; poris minutis, obscurioribus, concoloribus. Sporis subglobosis, coloratis, 3,5 my, setis basi valde inflatis.
Ad lignum caesum.
F. Ribis simillimus; ab omnibus huius sectionis contextu citrino-brunneo distinctus. In Fungis Rickianis specimen adest F. Lonicerae (15888), qui tamem inter contextum tomentumque niger non est.
Fungi Rickiani 20835, S. Salvador 1944.

Fomes grenadensis (Murr.) Sacc. et Trott. — Saccardo 21, 292. — Rick Egatea 10 (1925) 259.
Pileo unguliformi, brunneo, sine crusta nigra; contextu brunneo, pororum stratis separatis a contextus stratis; poris parvis, sine setulis. Sporis globosis, coloratis. Contextus stratis hyphis albis repletis.

Fomes pseudosenex (Murr.) Sacc. et Trott. — Saccardo 21, 292. — Rick, Broteria 21 (1924) 7; Egatea 10 (1925) 259.
Pileo applanato, 2-4 cm crasso, magno, superficie dura, rugosa, irregulari, nigra, sulcata; contextu rubro-brunneo, duro, rigido; poris parvis duris, rubro-brunneis; stratis annualibus tenuibus, numerosis, stratis hypharum contextus permixtis. Sporis globosis, valde coloratis, 4 my, sine setis.
Ad lignum.
Cf. F. torulosus.
Fungi Rickianii 15781, 15822, S. Leopoldo 1936. — 20713, S. Salvador 1944.

Fomes dependens (Murr.) Sacc. et Trott. — Saccardo 21,292. — Rick, Broteria 21 (1924) 8; Egatea 10 (1925) 258.
Pileo ungulato, duro, ponderoso, prolongato-decurrente, superficie rugosa, sulcata, obscura; contextu brunneo, duro; poris parvis brunneis; stratis annualibus numerosis; pororum orificiis pallidioribus quam contextus, vibrantibus quando hymenium luci exponitur et retrahitur. Sporis coloratis 3-4 my, sine setis.
Ad arbores vivas, non omnino rarus.
Primo brunneus, demum obscurior, saepe resupinatus pileo parum evoluto.
Fungi Rickiani 15804, Parecí 1939. — 20013, S. Leopoldo 1943.

Fomes pectinatus Klotzsch. — Saccardo 6,193. — Rick, Broteria 21 (12) 8.
Pileo tenui, imbricato, concrescente, rigido, applanato-conchato, generatim 2-4 cm lato, 2-4 mm crasso, brunneo; stratis pororum imperfectis; superficie molli, tomentosa, concentrice sulcata, contextu brunneo, in vegeto flavescente; poris parvis, brunneis, in vegeto flavescentibus; setis nullis. Sporis 3,5-4 my, coloratis.
Ad truncos caesos non rarus.
Fungi Rickiani 15826.

Fomes glaucoporus Lloyd, Myc. Notes 4, Fom. 251. — Rick, Broteria 21 (1924) 8; Egatea 10 (1925) 258.
Pileo applanato, brunneo, rugoso, concentrice sulcato, contextu valde pallide brunneo, non iita duro; poris parvis, 0,5 mm, distincte stratosis, stratis 2-4 mm latis; orificio pororum brunneo, in vegeto autem albo-glauco, tactu brunneo-olivaceo; sine setis. Sporis parum coloratis, subglobosis, 4-5 my.
Ad lignum semel lectus.
Ne cum F. perlevi confundas, superficie contextuque alio.

Fomes fastuosus Lév. — Saccardo 6,172. — Rick, Egatea 10 (1925) 258.
Pileo valde applanato, sed etiam pulvinato, concrescente, saepe merismoideo, 2-20 cm lato, 1-2 cm crasso, superficie rubro-brunnea, demum brunnea; poris elevatis, concentricis, velutinis; contextu in vegeto flavo, in sicco obscuriore; poris parvis, rotundis, 2-4 mm longis; hyphis perfecte flavis. Sporis 4-5 my, sphaericis, valde coloratis, sine setis.
Ad truncos caesos.
Aliquando giganteus. Fomes, nec Polyporus ut opinatur Lloyd. Specimina parva Polyporo gilvo valde similia.

Fungi Rickiani 15876, 15902, 15856, 15831, 15849, 15871, 15803, S. Leopoldo 1930-1939. — 15770, 15771, 15778, Vila Peperí 1926. — 15806, 15828, Pareci 1939.

Fomes MacGregori Bres. — Saccardo 23, 387.
Pileo subresupinato, anguste reflexo; superficie sulcato-zonata, pubescente, brunnea; contextu obscuro, brunneo; poris minutis, obscuris, orificiis obscurioribus, sine setis. Sporis ellipsoideis, coloratis, 3x5 my.
Ad lignum.
Fungi Rickiani 15787, Sta. Maria 1935.

Fomes torulosus (Pers.) Lloyd, Myc. Notes 3,470, Pol. 48, L. 27, 4; 4. Fom. 243. L. 43, 8. L. 52, 27; 7. 1289. — Rick, Egatea 10 (1925) 257.
Pileo applanato, aut ungulato, saepe concrescente, fulvo, 3-4 cm crasso, usque 6 cm lato, superficie in fungo iuniore pubescente, concentrice sulcata, margine saepius inflato, obtuso; contextu brunneo; poris parvis; orificio purpureo, secus concolore cum contextu; poris vetustis ore brunneo. Sporis 4-5 my, globosis, hyalinis; setis 16-20 my longis, plurimis.
Ad lignum, non rarus.
Hic et in Europa communis, rarus tamen in America boreali; colore hymenii purpureo in vegeto facile distinguendus.
Fungi Rickiani 1577, 15782, 15 842, 15885, 15896, 15900, S. Leopoldo 1905-1937.

Fomes conchatus (Pers.) Fr. — Saccardo 6 174. — Rick, Egatea 10 (1925) 257.
Pileo 0.5-3 cm lato, 0,5-1 cm crasso, forma conchae, superficie rugosa, brunneo-sulcata, pubescente, margine obtuso; contextu brunneo, poris parvis, brunneis. Sporis hyalinis, sphaericis, 4-5 my; setis numerosis, 20-28 my longis, basi inflatis.
Ad lignum.
Fungi Rickiani 15878, S. Leopoldo 1906. — 15800, S. Paulo 1929.

Fomes igniarius (L.) Fr. — Saccardo 6, 180. — Rick, Egatea 10 (1925) 257.
Pileo unguliformi, crusta nigra, scissa, 1-10 cm lato crassoque; contextu lignoso, obscure brunneo; poris parvis, brunneis, duris, ligneis; pororum stratis valde tenuibus, 1-2 mm; hyphis brunneo-nigricantibus, subhymanialibus autem hyalinis, cellularibus; setis paucis, basi inflata, 12-16 my longis. Sporis subglobosis, hyalinis, 5-6 my, laevibus.
Ad ligna viva et emortua.
Fungi Rickiani 15769, 15763, 15784, 15785, 15809, 15816, 15860, 15867, 15877, 15872, 15874, S. Leopoldo. — 15798, 15802, 15813, Parecí 1939. — 20957, S. Salvador.
Var. **roburnea** (Fr.) — Saccardo 6,181. — Rick, Egatea 10 (1925) 257.
Crusta resinosa, setis numerosis, poris argenteo-vibrantibus. Hic typus rarus, varietas roburnea communis.
Var. **nigricans** (Fr.) — Saccardo 6,180. — Rick, Egatea 10 (1925) 257.
In pororum contextu vegetatio alba conspicitur. Cf. F. fomentarius var. nigricans Fr. sensu Bresadolae.
Fungi Rickiani 15814, 15870, S. Leopoldo 1931. — 15825, S. Salvador 1943.

Fomes pomaceus Pers. — Lloyd, Myc. Notes 4, Tom. 241, f. 588.
Pileo unguliformi, saepe subresupinato, fulvo, deinde brunneo usque fere atro, margine tomentoso; contextu fulvo-brunneo; poris minutis,

rotundis. Sporis hyalinis, 5-6 my; setis numerosis, basi incrassatis, 12-15 my latis.
In herbario hymenium plerumque pulvere sulphureo conspergitur. Ad Prunum aliasque Rosaceas parasiticus.

Fomes robustus Karst. — Lloyd, Myc. Notes 4, Fomes 242, f. 589. Rick, Broteria 21 (1924) 8.
Pileo ungulato, crusta dura, nigra aut brunnea, magno, laevi aut squarroso; contextu subfulvo, rheicolore, aliquid flavescente; poris minutis, colore contextus. Sporis globosis, hyalinis, 7-8 my. guttulatis; setis in vegeto 12-14 my longis, basi crassa, saepe numerosis, sed etiam deficientibus.
Ad truncos vivos.
Fungi Rickiani 22977, S. Salvador 1944.
Forma **setulosa** (Lloyd), Myc. Notes, 4, Fom. 243; 5,713, f. 1069, L. 67. 13. Setulis plurimis.
Forma: **squarrosa** (Lloyd), Myc. Notes 4, Fom. 247, f. 509, L. 53, 10. Crusta nigra, valde squarrosa; contextus colore sporisque a F. rimoso distinctus.
Forma **robinsoniae** (Murr.) Lloyd, Myc. Notes 4, Fom. 234; 5, L. 62, 5. A typo sporis minoribus videtur distinctus.

Fomes longinquus Lloyd, Myc. Notes 7,1335, pl. 321, f. 3084.
Resupinatus, fere ater, theobromataceo-brunneus; contextu obscuro, poris parvis, concoloribus, multistratosis, bene distinctis.
Ad lignum.
Haec species japonica nostro specimini quadrare videtur.
Fungi Rickiani 15790, Vila Peperi 1934. — 15807, S. Leopoldo 1940.

Fomes palustris Rick, n. sp.
Pileo stramineo, bombycino, molli, demum brunneo, stratoso, frustuloso, membranaceo-subresupinato; poris angulatis, mediis, etiam lenzitoideis; dissepimentis tenuibus; sporis hyalinis, 7-8x3,5-4 my, ellipticis
Ad ramos siccos.
Saepe resupinatus, plerumque vero subpileatus. Strato subhymeniali molli, gossypino. Demum ater. Trameti farctae similis, alio vero colore.
Potius Trametes fomentarius poris quoque mollibus. Cf. Poria suberis Dur. et Mont.
Fungi Rickiani 15786, 15792, 15866 (Typus), Taquarembó 1935.

Fomes verruculosus Meyer — Saccardo 6, 178.
Pileo applanato, 8 cm lato, 1-2 cm crasso, superficie rubro-brunnea, valde grosse nodulosa; poris brunneis, parvis, primo albo-conspersis, micantibus. Sporis 3 my, hyalinis.
Ad lignum.
Contextu colorato. Habitu Polypori radiati, sed vegetus mollis. Cum typus non exsistat, meum specimen ut talis sumendum est. Fomes pectinatus, ut putat Lloyd, non est.
Fungi Rickiani 15780, 15786, 15793, S. Leopoldo 1932.

Fomes memorandus Speg. — Saccardo 6,171.
Polyporo connato videtur identicus.
Fungi Rickiani 22888, S. Leopoldo 1940.

Quoad Fomitum magnitudinem nota:
Magni: Annosus, badius, dependens, fastuosus, fomentarius, geotropus,

glaucoporus, hornodermus, lignosus, nigricans, Niavulii, perlevis, pinicola, pseudosenex, senex, rimosus, roburneus, robustus, Sanfordii, torulosus, yucatensis, lateritius.
Medii: Psila, pomaceus, pectinatus, melanoporus, martius, conchatus, caliginosus, intertextus, longinquus, Piperis.
Parvi: MacGregori, reviviscens, ohiensis, rufo-flavus, connatus, pusillus.

GANODERMA Karsten.

Ganoderma lucidum (Leys.) — Saccardo 6, 157. — Rick Ann. prim Reun. Sulam. Bot. (1938) 272.
Pileo plano aut concavo, crusta flava, rubra aut violaceo-nigra, lucida. vernicosa, 2-20 cm lato, 2-3 cm crasso, stipite 1-20 cm alto, o,5-3 cm crasso, vernicoso, nigro-rubro, stipite saepe in radicibus truncorum sepulto; contextu brunneo, stupposo; poris parvis, initio albis, deinde obscuris. Sporis ovatis, coloratis, 6-10 my, laevibus aut aliquid echinatis, apice compressis.
Ad ligna.
Stipite centrali aut laterali et aliquando nullo.
Fungi Rickiani sine varietatum distinctione: 15905, 15925, 15927, 15935, 15938, 15941, 15948, S. Leopoldo 1936-1940.
Var. **pediformis** (Fr.) — Saccardo 6,177. — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. (1938) 273.
Habet formam pedis; G. balabacensis Murr. identicus.
Fungi Rickiani 15895.
Var. **Oerstedii** (Fr.) — Saccardo 6,178. — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam: Bot. (1938) 273.
Sine stipite, aliquando gigantea, semper magna, flavescens. Haec varietas valde communis est ad flumen Uruguay medium. Invenitur poris daedaleideis, elongatis, tuncque est Daedalea jamaicensis. P. Henn., sporis minoribus, porisque maioribus.
Var. **orbiformis** (Fr.) — Saccardo 6,177.
Tubulis longis, sporis 10-12 my, vix rugosis (G. applanatum?)
Fungi Rickiani, 15907, 15922, Montenegro 1935.
Ganoderma lucidum in toto orbe communissimum est. In Europa generatim nigrum, in Portugal violaceum, hic magis flavidum. Auctores varias distinguunt species prout sporae laeves sunt aut echinatae. Distinctiones vero haec vix definiri possunt. Aliquando hymenium eadem vernice occupatum est ac superficies (G. zonatum Murr.); stratum vero vernicosum hymenii accidentale est ut refert Theissen, Polyporaceae austrobrasilienses 65. Idem in G. pachyotide Speg. observatur.

Ganoderma fornicatum (Fr.) — Saccardo 6,156.
Pileo suberoso-lignoso, ovato-lingulato, laevigato, glaberrimo, laccato, azono, ferrugineo, cum stipite arcuato confluente; margine obtuso, sterili; poris minimis, nudis, expallentibus, a stipite discretis. Stipes in meo specimini 1 m longo, ramoso, tuberculoso, torto, 1 cm lato; pileo 4 cm lato.
Ad lignum in loco humido obscuro.
Inveni hanc speciem 1903 in museo Collegii Leopoldensis a P. Schupp SJ collectam; postea ab insectis destructa est.

Ganoderma applanatum (Pers.) Pat. — Saccardo 6,176. (Fomes) — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. (1938) 273.
Pileo plano, brunneo aut griseo, crusta molli, non splendente, aliquando crusta dura, opaco, 3-30 cm lato, 2-5 cm crasso, poris quam in G. lucido multo longioribus; contextu interiore brunneo-purpureo, stupposo.
Ad lignum.
In Europa est sessile, hic saepe stipitem lateralem habet longum crassumque, non splendentem nec nigrum; sporis coloratis 8-12x4-8 my, ovatis, apice compressis. — Commune, ab Humphrey optime monographatum.
Var. **australis** (Fr.) — Saccardo 6,176 (Fomes).
Crusta, dura, rigida.
Var. **testacea** (Lév.) — Saccardo 6,161 (Fomes).
Stipite laterali, colore olivaceo, zonata.
Var. **nigro-laccata** (Cooke) — Saccardo 6,176 (Fomes).
Superficie nigra, sporis flavidulis.
Var. **oroflava**
Poris flavis.
Var. **annularis** (Tr.) — Saccardo 6,89. (Fomes).
Pileis renovatis, superpositis, stratis annularibus.
Fungi Rickiani, sine varietatum distinctione 15929, S. Paulo. — 15931, 15944, 15903, 15904, 15908, 15910, 15912, 15917, 15920, 15923, 15946 15633, 15936, 15911, 15915, 15,930, S. Leopoldo 1930-1932. — 15937, 15939, S. Salvador 1943.

AMAURODERMA

Pileo lateraliter aut centraliter stipitato; stipite generatim longo, tenui; sporis sphaericis aut ovalibus, apice non compressis, coloratis. Communiter crescunt in terra aut in lignis sepultis, aliquando rhizomatibus longis praediti. Plerumque inveniuntur singula, sed etiam gregaria. Minus crassa raroque splendentia. Non sicut aliae Polyporaceae in truncis vivis aut caducis inveniuntur. Quam Ganoderma minora.

Amauroderma Sprucei (Berk.)
Porothelium rugosum Berk. — Saccardo 6,423.
Pileo brunneo, multis zonis concentricis approximatis picto, aliquando plicaturis linearibus stratoso, 2-4 cm lato, 5 mm crasso; stipite laterali brunneo, tenui. Sporis fere hyalinis, laevibus, 8-10 my in typo, in meo specimini 12 my.
Ad terram, rarum.

Amauroderma variabile (Berk.) Pat. — Saccardo 6,155 (Fomes).
Pileo reniformi, 2-6 cm lato, tenui, colore, olivaceo, zonis brunneis paucis, laevi; stipite laterali, 4-8 cm longo, 3-5 cm crasso, brunneo-cinereo, pulverulento; poris albidis, pallidis, parvis, pustulosis.
Sporis laevibus, ovalibus, 8-9x12-13 my.
Ad terram in ligno putrido, rarus.

Amauroderma auriscalpium (Pers.) Pat. — Saccardo 6,162 (Fomes). — Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. (1938) 275.
Pileo reniformi, superficie aliquid inaequali, zonata, opaca, brunneo-

rubra, usque nigra; poris pallidis; stipite laterali tenui. Sporis sphaericis, laevibus, pallidis, 6-8 my.
Ad terram.
Var. **omphalodes** (Berk.) — Saccardo 6,153 (Fomes). — Rick, l. c.
Pileo orbiculari, concavo, nigro, valde scisso, verrucoso; poris parvis, pallidis. Semel inventa.
Var. **praetervisa** (Berk.) — Rick, l. c.
Poris maioribus, crusta nigra resistente.
Var. **subrenata** (Murr.)
Sporis 12, reticulatis.

Amauroderma inopinum (Lloyd) — Myc. Notes 5,802, f. 1244 (Fomes) — Rick, Egatea 13 (1928) 433.
Pileo laterali, cuneiformi, 3-4 cm lato, tenui, laevi, pallido-brunneo, aliquid zonato, stipite brevi, 5 mm crasso, ex basi communi exsurgente; poris parvis, pallidis, orificiis albis, tactu obscuris. Sporis sphaericis, valde verrucosis, 12 my, apice tenui.
Semel in trunco caeso lectum.
Stipes pileusque continui, Polysticto petaloidi similes.

Amauroderma exile (Berk.) — Saccardo 6,154 (Fomes). — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. de Bot. (138) 275.
Pileo 0,5-1cm lato, tenuissimo, colore stramineo, aliquid zonato, velutino; stipite longo, filiformi, stramineo, laterali aut centrali; poris parvis, pallidis.
Inter detrita semel lectus.

Amauroderma calcigenum (Berk.) Pat. — Saccardo 6,153 (Fomes). — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. de Bot. 2 (1938) 275.
Pileo perfecte circulari, strato tenui vernicoso cooperto, brunneo-rubro, laevi, zonis rubris, splendentibus, margine albo in vegeto iuvenili, 1-4 cm lato, 5 mm crasso; stipite longo, centrali, brunneo, velutino; poris parvis, orificiis perfecte albis, vetustis decoloratis, in vegeto tactu sanguineis. Sporis ovalibus, coloratis, laevibus, 12-16 my, sphaericis.
Generatim rarum, ad marginem fluminis Uruguay medii tamen frequens, ad terram, rhizomate profunde ramificato.

Amauroderma nigrum (Lloyd). — Myc. Notes 6,881, pl. 126, f. 1513 (Fomes).
Pileo glabro, tenui, 1-3 cm lato, depresso; nigro, pleuropode; stipite nigro, non laevi, saepe bifurcato; poris minimis, nigris. Sporis 6-7 my, pallidis, laevibus.
Ad lignum.

Ad Amaurodermata nota: Fungorum collector hoc genus raro invenit; frequenter forsan obviam habet fungum flavo-brunneum, 2-3 cm latum, breviter stipitatum, in terra crescentem, qui est Polystictus luteo-nitidus.

LIGNOSUS.

Ab Amaudodermate unice sporis hyalinis distinctus; genus artificiale.

Lignosus pansus (Berk.) — Saccardo 6,154 (Fomes). — Rick. Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 276.

Pileo orbiculari, 2-6 cm lato, subtenui, pallido aut flavescente, scabroso, zonis brunneis, stipite centrali aut laterali, longo, 8 mm crasso, pallide brunneo, pulverulento; poris parvis, pallidis, flavescentibus, punctiformibus; contextu pallido. Sporis hyalinis, sphaericis, 8 my.
Ad terram in interiore parte arboris excavatae, rarus.

Lignosus opacus (Berk. et Mont.) — Saccardo 6,122 (Fomes). — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 276.
Pileo lato crassoque, usque 20 cm, 3 cm crasso, brunneo-cinereo, bene zonato, pulverulento; stipite laterali aut centrali, 5-16 cm longo, 0,5-3 cm crasso, pileo obscuriore; crusta fragili, contextu pallido; poris parvis, pallidis, etiam flavidulis. Sporis ovalibus, 8-10x7-8 my, valde echinatis, apice hyalino-apiculatis.
Ad lignum putridum submersum semel inventus.
Aspectu Ganodermatis applanati, contextu tamen pallido.

POLYPORUS Micheli.

I. Stipitati.

a. Contextu tenace, fere coriaceo, stipite non nigro.

Polyporus lentus Berk. — Saccardo 6,63. — Rick, Broteria 31 (1934) 181; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 277.
Pileo tenace, aliquid squamoso, concavo, sine zonis, pallido aut flavidulo. 2-4 cm lato, tenui; stipite centrali, aut excentrico, 2 cm longo, 5 mm lato, pulverulento, usque villoso, pallido; poris irregularibus, magnis, pallidis, aliquid decurrentibus. Sporis 6x3 my, in meo specimine 6x3.5 my, albis.
Ad lignum vetustum.
P. guyannensi similis, poris vero decurrentibus sporisque alius.
Interdum stipite nigro insignitus.

Polyporus brumalis (Pers.) Fr. — Saccardo 6,63. — Rick, Broteria 3 (1904) 282. — Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 277.
Pileo tenaci, concavo, 3-6 cm lato, vegeto aliquid velutino, postea squamuloso, demum laevi, sine zonis, pro rata tenui, brunneo-flavidulo aut cinerascente; stipite tenui, villosulo aut squamoso, 2-5 cm alto, brunneo; poris angulatis, tenuibus, dentatis, parvis. Sporis hyalinis, curvis, 6x2 my.
Cosmopolita. Ad truncos ramosque non rarus.
Fungi Rickiani 18470, S. Leopoldo 1934. — S. Salvador 1943, 20364.

Polyporus arcularius (Batsch) Fries. — Saccardo 6,67. — Rick, Broteria 6 (1907) 82. — Broteria 31 (1934) 182; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 277.
Pileo tenaci, 1-3 cm lato, tenui, convexo, medio depresso, sine zonis, in vegeto squamulis obscuris tecto, postea laevi, colore brunneo-stramineo, interdum margine scisso; stipite 2-3 cm alto, centrali, 3-4 mm crasso, aliquid squamosulo, pileo obscuriore; poris oblongis, rhomboideis, tenuibus, maioribus, integris, albis. Sporis hyalinis 6x3 my.
Cosmopolita. Ad. ramos frequens.
Var. **ciliata** (Fr.). — Saccardo 6,68.
Poris minoribus, margine valde scisso.

Fungi Rickiani 19654, vila Peperí 1930.
Var. **tricholoma** (Mont.) — Saccardo 6,68.
Margine pilis rigidis instructo; poris minoribus, sporis 6x2,5 my.
Fungi Rickiani 18207. S. Salvador 1943. — 18373, S. Leopoldo 1943.
Var. **umbilicata** (Jungh.) — Saccardo 6,68.
Tenacior obscuriorque quam typus.
Fungi Rickiani 18161, Taquara 196. — 18261, 20039, S. Salvador 1943.
Var. **fuscidula** (Schrad.) — Saccardo 6,71.
Superficie rubra, poris flavis.
Var. **phaeoxantha** (Mont.) — Saccardo 6,73.
Poris a stipite remotis, contextu flavido.
Fungi Rickiani 20936, S. Salvador 1944.

Polyporus guaraniticus Speg. — Saccardo 6,74. — Rick, Broteria 31 (1934) 183; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 278.
Pileo P. brumali simili, laevi tamen porisque sphaericis, non elongatis; generatim etiam maiore.
Ad truncos frequens.
Fungi Rickiani 18229, Taquarembó 1936. — 20315. 20608, S. Salvador 1943.

Polyporus fractipes B. et C. — Saccardo 6,65 .
Pileo flavo-ochraceo, sicco albo, 1-5 cm lato, crassiusculo, irregulari, verrucoso, aliquid pulverulento, velutino, tactu molli; stipite irregulari, laterali, 3 cm longo, 8 mm crasso, cum pileo continuo, torto, pulverulento; poris minimis, concoloribus. Sporis 3x4 my, sphaericis, flavidulis (secundum Hennings, nam ego sporas non vidi).
Ad truncum caesum.
Pede continuo ab aliis huius sectionis Polyporis facile distinctus.
Nomen Berkeleyanum praevalet quia antiquius; quamquam fungus noster ob specimen pede fracto ad auctorem remissum tale nomen non meruit.

Polyporus pseudoboletus Speg. — Saccardo 6,62. — Broteria 31 (1934) 182; Broteria 6 (1907) 81; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 278.
Pileo orbiculari, 2-10 cm lato, 5 cm crasso, velutino, brunneo-coffeato, tenace, sed aliquid molli; contextu obscure brunneo, stupposo, molli; stipite 10 cm longo, 8 mm crasso, centrali, obscuro, non vernicoso; poris parvis, pallidis, tactu obscuris, intus semper obscuris, vetustis rufis usque nigris. Sporis 12-16x10-12 my.
Ad truncum vetustum rarissimus.
Potius Ganoderma. P. oblivionis Lloyd forsan identicus, sed valde tenacior fereque membranaceus, cum P. pseudoboletus sit valde crassus.

Polyporus gracilis Klotzsch. — Saccardo 6,69. — Rick, Broteria 31 (1934) 182; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 279.
Pileo orbiculari, 1-3 cm lato, tenuissimo, carnosulo, sed tenace, laevi, pallido, hyalino, sed etiam rufo, plano, subcartilagineo, stipite usque 10 cm longo, 3 mm crasso, centrali, pulverulento, torto, cum proximis fasciculatim unito; poris sphaericis parcis, aliquando elongatis. Sporis 7,5 my, sphaericis, hyalinis.
Ad truncos caesos non rarus.
Forma **hapala** (Berk.) — Saccardo 6,69 — Rick, Ann. prim.... l. c.
Stipiite rufo.
Forma **fragilis** (Fr.) — Saccardo 6,111.
Magnoporus.
Unica huius sectionis species hyalina.

Polyporus motus Lloyd, Myc. Notes 7, 1155, p. 219, f. 2263. — Rick, Broteria 31 (1934) 183; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 279.
Pileo elongato, spathulato, stipite brevi; pileo 3 cm lato, 3 mm crasso, superficie laevi, opaca, subzonata, contextu flavescente, parco; poris flavescentibus, parvis, pallidis. Sporis piriformibus, 6-8 my, longis.
Ad ligna.
Daedaleac stereoidi similis, poris tamen parvis. Secundum Lloyd cum P. rubido comparari potest, sed pallidior.

Polyporus virgatus B. et C. — Saccardo 6,66. — Rick, Broteria 31 (1934) 183; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 279.
Pileo orbiculato aut elongato, concavo, rubro-brunneo, lineato; crusta scissa; carnoso, aliquid velutino, postea laevi, 3-5 cm lato, 0,5 cm crasso; stipite brevi, excentrico, obscuro, immo etiam nigro; poris mediis, angulatis, dissepimentis tenuibus, dentatis; sporis 6x4-5 my.
Ad truncos rarus.
P. discoideo similis, tenacior tamen. Superficies pellis rubro-brunnea. sed facile rumpitur tuncque contextus colorem album ostendit.
Fungi Rickiani 18183, Goiás.

Polyporus platensis Speg. — Saccardo 6,74. — Rick, Broteria 6 (1907) 82; Ann. Myc. 9 (1911) 177, fungi exs. 244; Broteria 31 (1934) 183; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 279.
Pileo 4-10 cm lato, 0,5 cm crasso, tenace, valde brevi, funiculari, pallido, sicco rufo-brunneo, margine tenuissimo, sterili; stipite centrali, recto aut torto, basi dilatata, 4,5 cm longo, 8-13 mm crasso. Poris minimis, albis, decurrentibus, integris. Sporis hyalinis, 10-13x3 my.
Ad truncos fasciculatim unitus.
Secundum Lloyd est P. brumalis. P. cornucopiae Lloyd stipitis basi nigra distinguendus.
Fungi Rickiani 18174, Selbach 1936. - 18142, 19643 S. Leopoldo 1939.

Polyporus grammocephalus Berk. — Saccardo 6,92. — Rick. Broteria 31 (1934) 184; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 280.
Pileo reniformi, plano, 4-7 cm lato, 1-2 cm crasso, pallide brunneo, striato, etiam sine striis; stipite definite laterali, in eodem plano cum pileo, 1-4 cm longo, 0,33-1 cm lato; poris brunneis, orificio acuto, vibrantibus. Sporis oblongis 7-8x3 my.
Ad truncos non rarus.
Cf. Favolus grammocephalus Lloyd, poris favoloideis magnis.
Fungi Rickiani 22768, S. Salvador 1945.
Var. **cayennensis** (Mont.)
Sporis flavis, 7-9x3-4 my, cylindricis.

Polyporus Rhipidium (Berk.). — Saccardo 6,397 (Favolus). — Rick. Broteria 31 (1934) 184; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 280.
Pileo subtenace, 1 cm lato, 3 mm crasso, imbricato, aliquid concentrice sulcato, albo aut stramineo, crusta aliquando areolata; poris granulosis, albis, mediis; stipite tenui, brevi, laterali, pallido, pulverulento. Sporis hyalinis 3x2,5 my.
Ad ligna caesa frequens.
In sicco ruber.
Fungi Rickiani 18226, 18363, S. Leopoldo 1930-1933. — 18218, 20354, 20596, 20637, S. Salvador 1945.

Polyporus Humphreyi P. Henn. — Saccardo 16,144. — Rick, Broteria 31 (1934) 188; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 283.
Pileo tenace, laevi, colore coriaceo, margine tenui, piloso, 1-2 cm lato,

6-10 mm crasso; stipite centrali, incurvo, brevi, dilatato, sicco rigido; poris rotundis, pallidis, orificiis hirsutis, decurrentibus. Sporis oblongis, 7-8x3-3,5 my.
Ad truncos putridos.
P. Rhipidio similis, stipitibus pulverulentis concrescens, poris tamen decurrentibus pileoque striato; quae nota in P. Rhipidio deest, cuius pori pulverulenti, nec hirsuti.
Fungi Rickiani 18318, S. Leopoldo 1907.

Polyporus atro-marginatus Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 286.
Pileo valde tenui, 1-3 cm lato, margine undulato, acuto, nigro; superficie lanosa, postea laevi, sicca colore ligneo, striata; stipite 1-2 cm longo, tenuissimo; poris minimis, siccis rufis, in margine pallidis. Sporis hyalinis, 4 my rotundis.
Ad truncum putridum.
A P. floriformi sporis sphaericis coloreque prorsus distinctus.

b. Contextu carnoso, molli, aquoso, generatim crasso.

Polyporus discoideus B. et C. — Saccardo 6,73. — Rick, Broteria 31 (1934) 184; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 280.
Pileo carnoso, 12 cm lato, 3-5 cm crasso, brunneo-hepatico usque nigro, maculis obscuris innatis, aliquando deficientibus, contextu albo, sicco, papyrino; stipite brevi, laterali, crassissimo, obscuro, squamoso, hirsuto; poris albis, magnis, favoloideis, aliquando etiam parvis. Sporis 4-8x5-6 my.
Ad truncos caesos non rarus.
P. squamosi analogon tropicale.
Var **lentinoides** P. Henn. — Saccardo 17,113.
Minor, valde regularis, non ita crassus, multo tenacior, sporis ovoideis, 12x5 my.

Polyporus tasmanicus (Mass.)
Rick, Broteria 31 (1934) 185; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 281
Fomes tasmanicus Mass. — Saccardo 6,190.
Pileo inverse conico, 3-8 cm lato, crasso, solido, pallide brunneo, laevi; contextu albo, stipite centrali, 3-4 cm alto, 2 cm crasso, tenace, inferius nigro; poris latis, angularibus, brevibus, albis, decurrentibus. Sporis 12-14x4-5 my, hyalinis.
Ad lignum.
P. discoideo similis, stipite tamen centrali porisque valde brevibus.
Fungi Rickiani 18428, Cêrro Largo 1935. — 18300, 18340, S. Leopoldo 1939.

Polyporus pes-caprae Pers. — Saccardo 6,58.
Subcaespitosus, pileo carnoso, fragili, saepe dimidiato, rimoso-squamoso, badio, fusco-atro; stipite difformi, ventricoso; poris amplis, luteo-albis. Edulis.
In silva rarissimus. P. retipes Underwood eadem est species. Forma est P. squamosi, sed non vere squamosus, sed hirsutus, pilis fasciculatis superius tenuissime cristulatis, badiis. P. Ellisii Cooke est forma flava. Aliquid flavi etiam in nostro fungo invenitur. Sporas inveni 6-1[illegible]x3-8 my.

Polyporus Hartmanni Cooke. — Saccardo 6,59.
Var. **aurantio-rubra** Rick, n. var.
Pseudosclerotio duro, terra compacta formato, usque 10 cm lato. Pileo

10 cm alto, 3 cm lato, crasso, plano, spongioso; contextu albo. Superficie aurantio-rubra, margine furfuraceo, ceterum innato-squamoso, squamis serratis, in fundo rubris; poris angulatis, maiusculis, pentagonis, albis, dissepimentis tenuibus. Sporis usque 10x18 my, cylindricis, grosse guttulatis, albis, decurrentibus.
Polyporo radicato similis. Sclerotium inventum est sub terra infossum, postea evolutum.

Polyporus radicatus Schw. — Saccardo 6,58. — Rick, Broteria 6 (1907) 82; Broteria 31 (1934) 186; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 283.
Pileo solitario, hemisphaerico, postea plano, margine involuto, centro concavo, brunneo-cinerascente, postea brunneo-rubro, velutino, 3-10 cm crasso; stipite cinereo, postea obscuro, radice dura, centrali; cylindrico 10 cm alto, 1 cm lato, squamoso; poris brevibus, regularibus, mediis, dissepimentis, minus tenuibus. Sporis 12-16x6-8 my, hyalinis serratis
Ad terram.
Fungi Rickiani 21016, S. Salvador 1944.

Polyporus Coffeae Wakef. — Saccardo 23,349.
Rick, Broteria 31 (1934) 187; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 283.
Poris irregularibus, stipite non radicato, sporis 5-6x4 my, etiam echinatis. Poris primum pallidis, postea obscuris.

Polyporus sapurema A. Möller — Saccardo 21,260. — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 284.
Inveni sclerotium, quod probabiliter ad hanc speciem pertinet.
Fungi Rickiani 18155, 18323, S. Paulo.

c. Stipite nigro, consistentia dura, fere lignosa; formae sectioni primae similes, notis tamen laudatis distinctae.

Polyporus infernalis. — Saccardo 6,83. — Rick, Broteria 5 (1906) 17; Ann. Myc. 9 (1911) 177, fungi exs. 236; Broteria 31 (1934) 186; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 281.
Pileo flabelliformi, aliquid concavo, tenui, duro, laevi, margine aliquando striato, brunneo usque nigro, 2-5 cm lato, usque 4 mm crasso; stipite laterali aut centrali, nigro, brevi aut longo, 4 mm crasso, aliquid punctato-pulverulento; hymenio cinereo-brunneo; poris parvis, cinereo-pallidis, orificiis sphaericis, brevibus. Sporis 8-10x3 my, elongatis.
Ad ramulos siccos, communis.
P. varii varietas tropicalis, valde tenuis. Aliquando flavescit.
Fungi Rickiani 18320, 18326, 18474, 18260, 18172, 18197, 20169, S. Leopoldo 1905-1943. — 18256, S. Salvador 1940.

Polyporus varius Pers. — Saccardo 6,84. — Rick, Broteria 31 (1934) 188; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 281.
Polyporo infernali in omnibus similis, maior tamen, 7-10 cm latus, 0,5-1 cm crassus; poris albis; non ita niger.
Fungi Rickiani 18452, S. Paulo.
Var. **magnovaria** (Lloyd) — Myc. Notes 7,1192, pl. 237, f. 24402.
Rick, Broteria 31 (1934) 188; Ann. prim. Reun. Sulam. 282.
Poris magnis.
Var. **extenuata** (Rick), Egatea 13 (1928) 433; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 282.
Valde tenuis, 2 mm crassus, poris albis.
Var. **seminigrita** (B. et C.) — Saccardo 6,85.

Rick, Broteria 6 (1907) 83; Broteria 31 (1934) 188; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 282.
Parvus, centro nigro.
Var. **nummularia** (Bull.) — Saccardo 6,85.
Rick, Broteria 31 1934) 189; Ann. prim. Reun. Bot. Sulam. 2 (1938) 282.
Parvus, 0,5-1 cm latus, stipite centrali aut laterali, brevi, semper in ramis siccis.

Polyporus picipes Fr. — Saccardo 6, 83. — Rick, Broteria 6 (1907) 83; Broteria 31 (1934) 186; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 282.
P. infernali omnibus partibus similis, superficie tamen non laevi sed initio velutina; sporis 8x3 my elongatis.
Ad truncos.
Quam P. infernalis minus frequens.

Polyporus guyannensis Mont. — Saccardo 6, 86. — Rick, Broteria 6 (1907) 83; Broteria 31 (1934) 189; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 282.
Pileo membranaceo-tenace, infundibuliformi, pallido aut brunneo, aliquid flavescente, striato, azono, laevi, 2-3 cm lato, 3 mm crasso; stipite centrali, 2-3 cm longo, 2-4 mm lato, velutino, piloso, nigro; poris magnis, profundis, aliquando elongatis aut irregularibus, dentatis, pallidis. Sporis 10 -12x4 my.
Ad ramos siccos, non rarus.
Fungi Rickiani 18317, 17393, 18222, 18241, 18245, 18203, 18389, S. Leopoldo 1931-1940.
Var. **Wrightii** (Murr.) — Saccardo 21,261.
Rick, Broteria 31 (1934) 188; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 282.
Poris maioribus profundioribusque.

Polyporus rhizomorpha (Mont.) Lloyd, Myc. Notes, 3 Stip. 182, f. 479; 6,955, 996, pl. 161, f. 1794. — Rick, Broteria 6 (1907) 83.
Fomes rhizomorpha Mont. — Saccardo 6,151.
Mesopus; pileo coriaceo-rigido, tenuissime convexo, e badio nigro, opaco, radiatim rugoso, margine repando, sursum reflexo; stipite laevi aut tuberculato, simplice vel ramoso, 6 cm alto, 1-2 cm lato, glaberrimo, atro; poris minutis, umbrino-fuscis, intus albis. Sporis 8-10x3 my.
Ad ramos.
An P. infernali identicus?

Polyporus Leprieurii Mont. — Saccardo 6,87. — Rick, Broteria 31 (1934) 187; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 282.
Pileo membranaceo, tenace, plano, aut concavo, pallide brunneo, reniformi, 1-3 cm lato, margine undulato, laevi, splendente; stipite laterali, interdum centrali, brevi, nigro, basi dilatata; poris parvis, valde angulatis, cinereis.
Ad ramos siccos rarus.
Saepe infundibuliformis. A. P. guyannensi poris minimis distinctus. Lloyd huic speciei etiam P. Gayanum tribuit. Cave ne cum P. pocula confundas.

Polyporus cornucopiae Lloyd, Myc. Notes 7,1316, pl. 311, f. 3025. — Rick, Egatea 13 (1928) 433; Broteria 31 (1934) 189; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 283.
Pileo tenui, tenace, laevi, sed non lignoso, brunneo-flavescente, infun-

dibuliformi, 3-5 cm lato; stipite cavo, brevi, basi nigra; poris albis, siccis, flavidis, minimis. Sporis sphaericis, 4 my.
Ad truncum putridum.
Fungi Rickiani 18175, Parecí 1939.

Polyporus Gayanus Lév. — Saccardo 6,87. — Rick, Broteria 6 (1907) 83; Broteria 31 (1934) 189; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 282.
Pileo coriaceo, suborbiculari, convexo, glabro, rufescente, lituris radiantibus variegato; stipite brevissimo, laterali, nigricante, basi dilatato; poris angulatis, pallidis, ore acutis, integris.
Ad truncos.
P. guyannensi similis, lateraliter tamen stipitatus, in rosulas concrescens, obscurior laeviorque usque splendens. Poris magnis cereicoloribus P. guyannensis numquam lateraliter nec in rosulas concrescit. Lloyd hanc speciem identicam dicit P. Wrightii, sed falso.

Ad Polyporos tenues, stipite nigro, nota:
Valde duri: Infernalis, picipes, varius.
Tenaces sed membranacei: Guyannensis, picipes, varius, quorum insuper color pallidior.

II. Merisma.

Pileis supra basin communem fasciculatim unitis, stipitatis sessilibusve. Sectio haec non est naturalis, quia pilei etiam singuli inveniuntur; praeterea multi Polypori Polystictique saepe merismatici obviam fiunt

Polyporus multilobatus Lloyd, Myc. 7, 1146, p. 209, f. 2196.
Pileis merismoideis, parvis longe stipitatis, ramificatis, brunneis, superficie laevi, subzonata; poris parvis, decurrentibus. Sporis subglobosis, 4-5 my, guttulatis.
Ad arboris caesae residua putrida.
P. frondosi forma diminuta videtur.

Polyporus umbellatus F. — Saccardo 6,95.
Ramosisimus, fibroso-comosus, tenacellus, pileolis numerosissimis, integris vel lobatis, umbilicatis; stipitibus elongatis, discretis, basi coalitis; poris minutis, albis. Sporis ovatis, apiculatis.
Ad truncorum basin.
Fungi Rickiani 18144, Tapera 1938.

Polyporus sulphureus (Bull.) F. — Saccardo 6,104. — Rick, Broteria 6 (1907) 84; Broteria 31 (1935) 17; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 284.
Pileis maximis, concrescentibus, imbricatis, planis, laevibus, omnino sulphureis, vetustis pallidis, caseo similibus, contextu carnoso-succoso, albo; poris minimis, planis, rubro-sulphureis. Sporis hyalinis ovoideis, apiculatis, 7-8x4-5 my.
Ad truncos putridos adustos non rarus; solitarius non merismaticus. Pulcherrima species. Etiam poris minoribus, immo stipitatus invenitur. Forma gigantea rubra est P. bonariensis Speg. Vetustus fereque putridus est P. casearii Fr.
Fungi Rickiani 20886, 22763, S. Salvador 1943.

Polyporus Telfairii Berk. et Klotzsch. — Saccardo 6,106.
Caespitoso-multiplex, caseoso-carnosus, tenax, albus; pileolis, impli-

cato-concrescentibus, expansis, tenuibus, lobatis, tuberculato-rugosis, villosis, obsolete zonatis, poris minutis, tenuibus, difformibus lacerisque. Sporis ovatis 5,5x4,5 my.
Ad truncos.
Minor siccus pallescens; pileolis usque 5 cm latis, 2-5 mm crassis, marginem versus fibroso-squamatis, carne alba.
Fungi Rickiani 18191, 22604, S. Salvador 1939-1944.

Polyporus Schweinitzii Fr. — Saccardo 6,76. — Rick, Broteria 31 (1935) 17; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 284.
Pileo usque maximo, prolificante, pileolis secundariis minoribus; spongioso, crasso, sed tenace, verrucoso, spinoso, vetusto obscuro, secus cinereo-brunneo; stipite crasso, brevi, fere nullo, plerumque centrali, ferrugineo-brunneo; poris magnis, maximis, variis, laceratis, novis pallidioribus, postea obscurioribus, tactu discoloribus. Sporis hyalinis, 7-8x3,5 my.
Ad terram, maxime in araucarietis.
Iuvenilis est massa informis, alba, concrescens cum materiis adiacentitus; demum fit brunneus sicut turfa; iuvenilis stratu velutino fulvo coopertus; contextu brunneo.
Var. **Repsoldi** (P. Henn.) — Saccardo 16,146.
Rick, Broteria 31 (1935) 17; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 285.
Idem sporis minoribus.

Polyporus rufescens (Pers.) Fr. — Saccardo 6,78. — Rick, Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 285.
Pileis compositis, merismaticis, spongiosis, hirsutis, rufescentibus, stipite laterali aut centrali, contextu pallido; poris latis, labyrinthicis. Sporis sphaericis, 8 my, hyalinis, laevibus.
Ad terram.
Sporis hic generatim 6 my. P. Schweinitzii similis, contextu pallido vero sporisque distinctus. A. P. radicato pileo merismatico sporisque distinctus.
Var. **distorta** (Schw.) — Saccardo 6,101.
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 285.
Massa est pallida, disformis, omnibus partibus poris occupata.
Fungi Rickiani 18266, S. Salvador 1943.

Polyorus floriformis Quél. — Saccardo 6,102. — Rick, Broteria 6 (1907) 84; Broteria 31 (19345) 18; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 285.
Pileis merismaticis, concrescentibus, tenacibus, subsessilibus, striatis, cinereis, parum zonatis, 2-3 cm latis, tenuibus; poris parvis rotundis, postea laceratis fimbriatisque, pallidis; contextu pallido, sapore acerbo. Sporis hyalinis, subcylindricis, 4x2 my.
Ad terram.
De specimine meo certus non sum.

Polyporus casearius Fr. — Saccardo 6,104. — Rick, Broteria 31 (1935) 19; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 285.
Pileis merismaticis contextu caseoso, 4 cm latis, parum crassis, planis, laevibus, albis, postea obscurioribus; poris parvis, rotundis, aequalibus. Sporis 4x3 my, hyalinis.
Ad truncum rarus.

Caseum acidum olens. P. casearius Fr. generatim ut P. sulphurei synonymum sumitur; haec vero species bene distincta a P. sulphureo ve-

tusto cum Friesii descriptione concordat, qua de causa nomen conservo. Cf. P. nauseosus Pat.

Polyporus rosettus Lloyd, Myc. Notes 5,601, f. 850. — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 306.
Pileo usque 10 cm lato, aspectu Brassicae oleraceae var. capitatae, compacto valde verrucoso-lacunoso, contextu albo; poris parvis, superficia-iibus, laceratis, dissepimentis tenuibus, retiformibus, in sicco aliquid decolorato.
Ad terram.
Meo sensu est Polystictus fimbriatus concretus in massam communem. Forsan in terra lignum putridum defossum aderat.

III. Sessiles; pileo sine stipite.

a. Contextu pallido, poris albis cinereisve.

Polyporus adustus (Willd.) Fr. — Saccardo 6,125. — Rick, Broteria 3 (1904) 283; Broteria 31 (1935) 26; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 286.
Pileo carnoso, tenace, velutino, cinereo aut brunneo, basi decurrente, sine zonis, 2-4 cm lato, vix crasso, margine aliquoties nigro; poris brevibus, parvis, rotundis, sed etiam maioribus, elongatis, obtusis, cinereis, postea obscuriorbus. Sporis 5 x 2 my, curvis.
Ad ligna.
Frequentissimus, variabilissimus, stratum saepe formans resupinatum, pileolis numerosis abortivis occupatum. Sporis etiam 3-5x3,5 my. Numquam tam crassus est quam P. fumosus neque poris albis gaudet. Cf. P. brunneolus Bres.
Fungi Rickiani 18246, 18405, 20392, 18359, 18164, S. Leopoldo 1930-1936. 18263 S. Salvador 1943. — 18391, Sto. Amaro 1935.
Var. **dissita** (Berk.) — Saccardo 6,124.
Rick, Broteria 31 (1934) 26; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 286.
Fere sine pileo, poris cinereo-flavidulis, aliquid vibrantibus; sporis 4x3 my.
Fungi Rickiani 18335, 18374, 18554, S. Leopoldo 1932.
Var. **crispa** (Pers.) — Saccardo 6,125.
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 286.
Poris elongatis, irregularibus; sporis 3-5x3-5 my.
Fungi Rickiani 22834, S. Salvador 1945.
Var. **secernibilis** (Berk.) — Saccardo 6,102.
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 287.
Pileo brunneo, zonato.
Fungi Rickiani 20060, S. Salvador 1943.

Polyporus Gunnii Berk. — Saccardo 6,111. — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 287.
Pileo tenui, cinereo, rigido, undulato, squarroso, zonato, contextu albo, poris albis. Sporis 5x2-3 my.
Ad lignum.
Quam P. adustus multo durior.
Fungi Rickiani, 18152, Vila Peperí 1936.

Polyporus Gerardi (B. et C.) Rick, n. comb.
Polystictus Gerardi B. et C. — Saccardo 6,275.
Pileo suberoso-coriaceo, effuso, reflexo, subvelutino, gilvo, leviter con-

centrice sulcato, margine acuto; poris subrotundis, demum angulatis, aequalibus, 0,25 mm latis, fusco-flavidis, dissepimentis tenuibus. Mea diagnosis: Pileo sessili, applanato, 10 cm lato, 0,5 cm crasso, basi protracto, velutino, inaequabili, sulcato, olivaceo-gilvo, maculis nigris, contextu parco, pallido, poris minimis, ore albo, obductis, demum stramineis, dissepimentis tenuibus.
Ad lignum semel lectus.
A Tramete occidentali contextu fere albo porisque albis omnino distinctus. Si typus P. Gerardi contextum habet coloratum, a P. Gerardii et occidentali distinguitur novamque constituit speciem.

Polyporus corium Berk. — Saccardo 6,111.
1 cm lato, 6mm crasso, in vegeto flavo-testaceo, mox albo, subtiliter sed conspicue velutino, in sicco aliquid concentrice sulcato, poris brevibus, albis, sporis 4x2 my, lateraliter vacuolatis, subhyalinis.
Ad truncum.
Secundum Lloyd, typus inutilis. Hinc huic speciei adiungo ut certum habeat sensum. In vegeto elasticus ut corium.
Fungi Rickiani 18404, S. Leopoldo 1939.

Polyporus Rickianus Bres., Ann. Myc. 18 (1920) 33. — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 290.
Polyporus distinguendus Trotter — Saccardo 23,352.
Polyporus cartilaginosus Rick, Broteria 6 (1907) 85; Broteria 21 (1924) 136; Egatea 13 (1928) 433; Broteria 31 (1935) 22; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 302.
Pileo tenace, usque 4 cm lato et quod superest, 2 cm crasso, flavo-castaneo, aliquid vernicoso, margine flavo, laevi, etiam verrucoso; contextu pallido; poris mediis aut submagnis, albis, rotundis. Sporis 6-8x3-4 my.
Ad ligna.
Odore farinae valido.

Polyporus labis Lloyd, Myc. Notes 7,1191, pl. 236, f. 2397. — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 291.
Pileo minuto, 1-2 cm lato, laevi, duro, sulcato-zonato, pallide brunneo, maculis nigris; contextu pallido, poris parvis, duris, pallidis, orificio glauco.
Ad lignum, rarus.
P. bicolori proximus.
Fungi Rickiani 18150, Sta. Maria 1936.

Polyporus multisulcatus Rick, Broteria 31 (1934) 86; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 291.
Pileo vegeto laete flavo, semicirculari, lignoso, sicco pallido, 3-5 cm lato, 5-8 mm crasso, aliquid velutino, sulcis numerosis semicircularibus, contextu albo; poris albis, parvis, rotundis.
Ad truncos imbricatus.
Var. **brasiliensis** Rick, n. var.
Colore in vegeto pallidore, forma triangulari, macula basali nigra (= P. ostreiformis Berk.?).
P. malinensi Lloyd videtur proximus; a P. griseo Bres. sulcis distinctus.

Polyporus farinosus Rick, Egatea 13 (1928) 433; Broteria 31 (1935) 86; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 291.
A P. Rickiano superficie squamosa, hirsuta, non castanea sed pallida distinctus; poris minoribus, forma minore; siccus pallidus et discolor.
Ad lignum.

Farinam olet. In Herbario Farlow P. Rickianus etiam vocatur farinosus. Fungi Rickiani 18346, 18375, 18477 (Typus) S. Leopoldo 1903-1906.

b. Contextu pallido, poris coloratis.

Polyporus zonalis Berk. — Saccardo 6, 145. — Rick, Broteria 31 (1935) 84; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 288.
Pileo sessili, 1-3 cm lato, 5 mm crasso, plano, rigido, duro, sicco contracto, colore olivaceo aut lutescente aut rubro-brunneo, sulcis concentricis, aliquoties verrucoso, contextu parco, pallide flavo, duro; poris minimis, flavido-carneis, non stratosis; sporis rotundis, 3x4 my, hyalinis, laevibus.
Ad ligna putrida frequens, admodum variabilis.
P. lignoso Klotzsch similis, semper autem minor minusque coloratus. Fungi Rickiani 18361, 18353, S. Leopoldo 1906-1935. — 18177, Sta. Maria 1936. — 18268, 22831, S. Salvador 1942-1945.
Var **recurvata** (Theissen) — Saccardo 23,362.
Rick, Broteria 31 ((1934) 85; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 288. 5,5 cm latus, tenuissimus, olivaceus, siccus valde contractus. In locis humidis ad ligna putrida.
Fungi Rickiani 18223, S. Leopoldo. — 20084, S. Salvador 1943.
Var. **semilaccata** (Berk.) — Saccardo 6,203 (Fomes).
Rick, Broteria 31 (1934) 85; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 288 Vernicosus, macula obscura ad basin, poris siccis nigris (= P. rhodophaeus Lév.)
Var. **Hollickii** (Murr.) — Saccardo 21,315 (Polystictus).
Rick, Broteria 21 (1924) 6; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 288. Stipitatus.
Var **minutopora**
Rick. Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 288.
Poris minimis.

Polyporus lignosus Klotzsch. — Saccardo 6, 146. — Rick, Broteria 31 (1935) 85; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 85.
Pileo suberoso, lignoso, demum plano, saepe irregulari, zonis concentricis sulcato, initio velutino, rubro-flavo, splendente; contextu pallido; tubulis longis, orificiis minimis, intus pallidis, extus flavo-rubris. Sporis 5x4 my, coloratis.
Ad Fici radices frequens, saepe longe excurrens, resupinatus.
Saepe maximus, 10 cm latus, 5 cm crassus, informis concrescensque; poris aliquando stratosis (= Fomes ulmarius Fr.). Forma mollior poris maioribus (= Fomes geotropus Cooke). Per formas intermedias ad P. zonalem transit.
Fungi Rickiani 18441, 18484, S. Leopoldo 1930-1936.

Polyporus zonifer Lloyd, Myc. Notes 7,1192, pl. 236, f. 2398. — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 289.
Pileo sessili, basi reducta, 2 cm lato, superficie pallide obscura, brunneo-rubra, laevi, zonis angustis, obscuris, contextu tenui, pallide cinereo, firmo; poris obscuris, brunneis, parvis, tubulis 2-3 mm longis. Sporis 12x4-6 my, hyalinis.
Ad truncos putridos.
P. zonali et P. supino similis, sporis tamen omnino diversus.
Fungi Rickiani 18311, Sta. Maria 1935.

Polyporus ochroleucus Berk. — Saccardo 6,145. — Rick, Broteria 31 (1935) 85; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 290.

Pileo suberoso, flavo, parum zonato, margine obtuso, 5 cm lato, 2 cm crasso, initio velutino, postea laevi, fere vernicoso, contextu pallido, in fungo vetusto obscuro; poris minimis, obtusis, integris, flavis. Sporis oblongis, 16x8 my, apice compressis, hyalinis (ad modum Ganodermatis).
Ad lignum.
Superficie interdum verrucosa, immo fibrillosa, macula basali rubra. Invenitur etiam stratosus. Ganodermati ohiensi similis.
Fungi Rickiani 18188, S. Leopoldo 1939.

Polyporus bicolor (Jungh.) — Saccardo 6,207 (Fomes). — Rick, Broteria 31 (1935) 86; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 290.
Pileo imbricato, tenace, in series longas unito, basi decurrente, 2-5 cm lato, 0,5 cm crasso, laevi, non zonato, flavidulo, macula basali sanguinea; aliquoties parum zonato; contextu pallido, stramineo; poris minimis, flavidulis. Sporis hyalinis 3-4 my. Pileo aliquoties concentrice zonato.
Ad truncos frequentissimus.
A. P. zonali macula basali rubra coloreque magis cinereo-flavido distinctus; a **P. pectili Berk.** caute separandus.
Fungi Rickiani 18410, Pinhal 1936. — 18394, S. Leopoldo 1937.
Var. **sanguinaria** (Klotzsch) — Saccardo 6,201 (Fomes).
Rick. Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 290.
Tota superficie colore sanguineo.
Var. **aneba** (Berk.) — Saccardo 6.148.
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 290.
Pileo magis brunneo, sine macula basali sanguinea.

c. Contextu pallide brunneo, poris cinereis aut pallide brunneis.

Polyporus supinus (Schw.) Fr. — Saccardo 6,205. — Rick, Broteria 31 (1935) 87; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 289.
Pileo plano, aliquoties decurrente, 3-10 lato, 0,5-3 cm crasso, sordide cinereo, scabroso, in vegeto initio velutino; contextu in vegeto olivaceo, in sicco obscuriore, bene stupposo; poris parvis, cinereis, postea obscurioribus. Sporis 5-7x3 my, etiam maioribus.
Ad truncos caesos frequentissimus.
Trama pororumque contextus colore differunt. Apparet etiam ut Fomes.
Fungi Rickiani 18247, 18273, 18406, 18262, 18383, S. Leopoldo 1930-1936. — 18168. Pareci 1941. — 21145, Tupandí 1945. — 18146, 18212, 18215, 20373, 20064, 20497, 20629, 22899, S. Salvador 1936-1945.
Var. **Fijii** (Lloyd), Myc. Notes 7, 1112, pl. 194, f. 2077.
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 289.
Superficie velutino-glauca, contextu brunneo.
Var. subzonata Rick, Broteria 31 (1933) 87; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 289.
Superficie pulverulenta, zonata, sporis 7-12x7-9 my.
Var. **atra** Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 289.
Superficie ex parte aut tota nigra.
Var. **subpictilis** (Berk.) — Lloyd, Myc. Notes, 4 Ap. 387.
Forma P. sanguinarii, poris griseis tamen P. supini; sporis 12x4 my, non rugosis: hinc non P. rugososporus Lloyd.

Polyporus ursinulus Lloyd, Myc. Notes 7, 1143, p. 206, f. 1045. — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 295.
Pileis imbricatis, valde concrescentibus, 2-3 cm latis, rubro-brunneis, mollissimis, superficie fibrillosa, fibrillis decumbentibus; contextu

brunneo, molli; poris parvis, albo-farinosis, intus obscurioribus quam contextus. Sporis hyalinis, sphaericis, 8 my.
Ad truncum semel lectus.
In meo specimine sporae maiores, irregulares; consistentia aquosa.
Fungi Rickiani 18312, 18425, 18451, Cruz Alta 1936.

Polyporus foetens Rick, Broteria 31 (1935) 27; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 287.
Pileo parvo, 1 cm lato, velutino, hirsuto, stupposo in vegeto, margine obtuso, poris hexagonalibus, orificiis albis, siccis pallide brunneis; tubulis longis, tenuibus, orificio obtuso. Sporis 4-6x3,5 my, albis, subcylindricis, apiculatis.
Ad lignum.
In strato mycelino crasso, stupposo, lignum permeante, formatus. A P. Spraguei contextu stupposo sporisque distinctus. Odore nauseoso.

Polyporus havannensis B. et C. — Saccardo 6,146. — Rick, Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 289.
Quam P. supinus maior, contextu vegeto albo, sicco discolore, non vero obscuro; superficie stramineo-cinerea, poris albidis.
Ad truncos putridos.
A multis auctoribus ad P. supinum trahitur, a quo tamen bene distingui potest. Plerumque etiam in truncis emortuis adhuc stantibus invenitur. Est quasi P. cubensis verrucis crassis longitudinalibus occupatus.
Plerumque est Fomes.
Fungi Rickiani 18360, Vila Peperí 1930.

Polyporus valenzuelianus Mont. — Saccardo 6,205. — Rick, Broteria 31 (1935) 88. — Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 291.
Pileo crasso, unguliformi, decurrente, 2-4 cm lato, 2 cm crasso, duro, interius stupposo, stramineo-olivaceo, maculis sanguineis, subverrucoso; poris parvis, brevibus, rotundis, cinereo-brunneis. Sporis 6-8x4 my, elongatis.
Ad truncos emortuos frequens.
Lloyd eum pro varietate P. supini habet; differt tamen, quia non ita cinereus, magis decurrens, non tam planus nec maculatus. P. Valenzuelae Berk. eadem videtur species.
Fungi Rickiani 18235, S. Leopoldo 1931. — 18315, 18380, 18381, 18390, 18461, 18448, S. Leopoldo 1931-1936. — 18287, Sta. Maria 1936. — 18225, 20385, 20427, S. Salvador 1943.

Polyporus castaneus Fr. — Saccardo 6,198. — Rick, Broteria 31 (1935) 88.
Pileo duro, plano, laevi, sine zonis, castaneo, 0,5 cm lato, contextu olivaceo; poris brevibus, rotundis, minimis, flavescentibus, siccis obscurioribus.
Ad truncos rarus.
Secundum Lloyd est Fomes annosus.

Polyporus ustus Rick, Broteria Broteria 31 (1935) 88; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 292.
Pileo 3 cm lato, 1 cm et minus crasso, valde duro, superficie brunnea, margine nigrescente, sulco semicirculari uno alterove, subverrucoso; contextu stupposo, olivaceo, tenui; poris minimis, tubulis 8 mm longis, rotundis, obtusis, obscuris, intus pallidioribus, non stratosis.
Ad truncos rarus.
P. supino similis, obscurior tamen, laevis, tubis longioribus, contextu obscuriore, humido fere nigro.

d. Contextu valde obscuro, in vegeto subnigro.

Polyporus intertextus (Lloyd). Myc. Notes 7. 1111, pl. 92, f. 2064 (Polystictus).
Rick, Broteria 31 (1935) 84; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 287.
Pileo sessili, 5 cm lato, 2 cm crasso, superficie obscure brunnea, contextu brunneo-stupposo; poris parvis, pallidis, postea brunneis, stratosis, sine setulis, inter pororum stratum contextus strato stupposo interposito. Sporis 3-4 my, hyalinis.
Fomes quidem, valde autem P. fusco similis; sine dubio etiam polyporoideus invenitur.
Semel lectus.

Polyporus caliginosus (Berk.) — Saccardo 6,194. (Fomes).
Pileo plano, 5 cm lato, 0,5-1 cm crasso, nigro-laccato; poris contextuque obscure brunneis; poris parvis, sine setulis. Sporis numerosis.
Ad ligna, rarissimus.
Superficie laccata sporisque numerosissimis insignis.

Polyporus fuscus Pers., Syn., 527.
Rick, Broteria 31 (1935) 84; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 287.
P. resinosus (Schrad.) Fr. — Saccardo 6,137.
Pileo plano, 3-4 cm lato, 1 cm crasso, obscure brunneo, sine zonis metallicis, aliquid velutino poris mollibus, brunneis. Sporis 8-10x2 my, hyalinis.
Ad truncos putridos, rarus.

e. Superficie, contextu, sporis coloratis, brunneis, non autem vinosis; polystictoidei.

Polyporus tabacinus (Mont.)
Rick, Broteria 31 (1935) 89; Ann. prim. Reun. Bot. Sulam. 2 (1938) 292.
Polystictus tabacinus Mont. — Saccardo 6,280.
Pileis imbricatis, 1-3 cm latis, conchiformibus, fulvo-ferrugineis, tenacibus, tenuibus, rigidis, subdecurrentibus, velutinis, sulcis concentricis; poris mediocribus, aliquoties denticulatis et laceratis, concoloribus. Sporis globosis, 4 my, coloratis.
Ad truncos non rarus.
Var. **iodina** (Mont.) — Saccardo 6,280 (Polystictus).
Rick, Broteria 31 (1935) 89; Ann; prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 292.
Poris maioribus.
Var. **fusca** (Fr.)
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 292.
Poris in circulos dispositis.
Fungi Rickiani 18431, Sta. Maria 1936.

Polyporus cichoriaceus (Mont.)
Rick, Broteria 31 (1935) 89; Ann; prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 292.
Polystictus cichoriaceus Mont. — Saccardo 6,280.
Pileis imbricatis, planis, 3-5 cm latis, tenuibus, coriaceis, hemisphaericis aut reniformibus, margine lacerato, sulcis concentricis, striatis, brunneis, velutinis; hymenio ferrugineo, postea brunneo; poris magnis, angularibus, dissepimentis laceratis. Sporis coloratis.
Ad truncos.
Generatim maior, planior obscuriorque quam P. tabacinus.

Polyporus campyloporus (Mont.)
Rick, Broteria 31 (1935) 90; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 293.

Polystictus campyloporus Mont. — Saccardo 6,250.
Omnibus partibus P. tabacino similis, superficie autem bene lineata, poris labyrinthiformibus, orificiis pulverulento-velutinis distinctus.

f. Contextu intense flavo, aut ferrugineo aut lateritio, non vinoso; sporis hyalinis, subhyalinis aut coloratis; huc etiam species brunneae, non polystictoideae.

Polyporus pterygodes (Fr.)
Rick, Broteria 21 (1924) 6; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 293.
Polystictus pterygodes Fr. — Saccardo 6,222.
Pileo sessili, aliquoties breviter crasseque pedunculato, 3-10 cm lato, minus crasso, laevi, rigido, obscure brunneo, splendente, parum zonato; poris parvis, flavescentibus in vegeto, postea pallidioribus; superficie vernicosa stipiteque nigro; contextu flavo-ferrugineo.
Ad truncos rarissimus.
P. nigrosporus Lloyd haec videtur esse species. Colore similis P. Patouillardii Rick, sed multo minus crassus. Pori in vegeto vibrantes. Lloyd eum ut P. xanthopodis Fr. formam considerat; qui tamen est multo tenuior et omnino diversus.
Fungi Rickiani 18186, 18208, 18258, 18358, 18362, 18442, 18443, 18478, S. Leopoldo 1906. — 18138, 18140, 18162, Venancio Aires 1938. — 18269, Parecí 1941.

Polyporus gilvus Schw. — Saccardo 6,121. — Rick, Broteria 5 (1906) 17; Broteria 31 (1935) 90; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 293.
Pileo lento, lignoso, imbricato, aliquando decurrente, laevi vel verrucoso, sine zonis, flavidulo-ferrugineo, 3-5 cm lato, 5-8 mm crasso; poris parvis, integris, concoloribus, non micantibus, setis instructis; contextu flavescente. Sporis 4-5x3,5 my, hyalinis.
Ad truncos frequentissimus et variabilissimus.
Varietates:
biogilva (Lloyd), Myc. Notes 6, 943, pl. 154, f. 1744.
Rick, Ann. pr. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 294.
Pileo crasso, ungulato; ad arbores vivas.
scruposa (Fr.) — Saccardo 6,121. — Rick, Broteria 31 (1935) 91; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 294.
Superfície valde verrucosa.
carneo-fulva (Berk.) — Lloyd, Myc. Notes 4, Ap. 347, 376.
Rick, Broteria 31 (1935) 91; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 294.
Superficie brunnea.
Fungi Rickiani 1308, S. Leopoldo 1940.
inamoena (Mont.) — Saccardo 6,191. — Rick, Broteria 31 (1935) 91; Ann. prim. Reun. Sulam. de Bot. 2 (1938) 294.
Poris stratificatis (= P. stabulosus Pat.).
Hookeri (Berk.) — Saccardo 6,336.
Rick, Broteria 31 (1935) 91; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 294.
Superficie hirsuta, fibrillosa (= pertenuis Murr.)
spurca (Lév.) — Saccardo 6,280. — Rick, Broteria 31 (1934) 91; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 294.
Superficie crustosa, glauca.
Fungi Rickiani 18192, 18384, Sta. Maria 1935.
gilvoides (P. Henn.) — Saccardo 23,379. — Rick. Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 294.
pseudoradiata Pat. — Hedw. 1896, Rep. 7.VIII.
Poris paulo vibrantibus.
Fungi Rickiani 18274, S. Leopoldo 1940.
duro-gilva (Lloyd).

Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 294.
Valde durus; cf. Fomes calcitratus.
licmoides (Mont.) — Saccardo 6,281. — Rick, Broteria 31 (1935) 91; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 294.
Latior, zonis rubris pulchre pictus.
Fungi Rickiani 18169, 18199, 18463, 20761, S. Salvador 1945.
sublicmoides (Rick), Broteria 31 (1935) 91; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 294.
Superficie sulcata, poris albo-puverulentis.
bambusina (Pat.) — Lloyd, Myc. Notes 4. Ap. 351.
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 294.
Sporis gonidialibus coloratis.
pertusa (Fr.) — Saccardo 6,322 (Poria corticola Fr.)
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 294.
Superficie molli, facile incisibili.
Fungi Rickiani 18145, Marcelino Ramos 1936. — 22875, S. Salvador 1945.
crocatiformis (Murr.) —
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 294.
P. pertuso identicus, poris tamn maioribus, labyrinthicis.
Lawrencii (Berk.) — Saccardo 6,194 (P. rubiginosus Berk.). — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 294.
Superficie subrosea, poris cinnamomeis, P. tabacini identicis.
purpurea (Torrend).
Poris purpureis.
aureo-marginata (P. Henn.) — Saccardo 14, 178.
Pileo usque 6 cm lato, 5-10 mm crasso, valde imbricato, verrucoso-hirto, flavo- brunneo, margine inflexo, superficie etiam nigra; in radicibus Eucalypti; margine flacco, centro demum atro; contextu fibroso, flavescenti-brunneo; poris parvis, flavescentibus, siccis griseo-brunneis, conspersis.
intactilis (Lloyd), Myc. Notes 6, 887, pl. 130, f. 1537.
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 295.
Superficie velutina.
subgilva (Bres.) —
Idem, sporis autem hyalinis, 5-6x3 my, hymenio submicante.
Fungi Rickiani sine varietatum distinctione 18156, 18841, 18466, 18438, S. Leopoldo 1932-1938. -- 18244, 18157, Sta. Maria 1935. — 18249, 20085, 20271, 20410, S. Salvador 1942-1943.

Polyporus gilvo-rigidus Lloyd, Myc. Notes 7, 1334, pl. 320, f. 3071.
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 295.
Pileo tenui, duro, rigido, laevi, brunneo, imbricato-decurrente; contextu brunneo, poris parvis, duris, obscuris setulis instructis.
Ad truncum.
Quam P. gilvus tenuior duriorque.
Fungi Rickiani 18437, S. Paulo.

Polyporus sinensis Lloyd, Myc. Notes 7, 1192, pl. 237, f. 2403.
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 295.
Pileo plano, 8 cm lato, 1 cm crasso, rigido, duro, brunneo aut purpureo-brunneo, superficie dense velutina, parum sulcata; contextu duro, brunneo; poris parvis, obscuro-brunneis. Sporis 3-4 my, subsphaericis, coloratis.
Ad truncum semel lectus.
Fungi Rickiani 18475, S. Leopoldo 1906.

Polyporus caryophyllus (Cooke) Lloyd, Myc. Notes 4, Ap. 358.

Rick, Broteria 21 (1924) 6; Broteria 31 (1935) 94; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 295.
Fomes caryophyllus Cooke. — Saccardo 6,193.
Crassior quam P. sinensis, laevis; sporis 4 my, valde coloratis.
Ad truncum.
Superficie excepta cum P. sinensi concordat.
Fungi Rickiani 18341, 18344, S. Leopoldo 1929-1930. — 18253, S. Salvador 1943.

Polyporus pubertatis Lloyd, Myc. Notes 4, Ap. 358, f. 692; 5, L. 65, 8 L. 69, 14; 7,1163. — Rick, Broteria 21 (1924) 5; Broteria 31 (1934) 93; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 295.
Pileo sessili, 6 cm lato, 2 cm crasso, brunneo-nigro, superficie aliquid velutina; contextu brunneo-stuppeo; poris rotundis, tubulis longis, brunneis, sine setis. Sporis pallidis, 5x3 my, ellipticis.
Ad truncos, rarus.
A P. dryadeo poris setarumque deficientia distinctus.
Fungi Rickiani 18252, S. Salvador 1942.

Polyporus dryadeus Pers. — Saccardo 6,136. — Rick, Broteria 21 (1924) 6; Broteria 31 (1935) 93; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 296.
Pileo sessili, magno, 2-3 cm lato, superficie brunnea, crusta tenui; contextu molli, rubro-brunneo, splendido; poris parvis, brunneis; tubulis 1-2 cm longis, setis 40x8 my. Sporis sphaericis, hyalinis, vetustis subhyalinis, 7-8 my, etiam maioribus.
Ad truncos vivos.
P. Patouillardii proximus, qui tamen setis gaudet latioribus.

Polyporus Patouillardii Rick, (Egatea 13 (1928) 433; Broteria 31 (1935) 92; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 286.
Pileo ungulato, imbricato, 2-3 cm crasso, castaneo-flavo, sicco brunneo, valde striato, subvelutino, splendente; poris flavescentibus, olivaceis, parvis, repletis, vibrantibus; contextu vegeto flavo, sicco brunneo; setis 20 my latis. Sporis 6x4 my, ellipticis, subcoloratis.
Ad lignum.
Contextu duro, subzonato. Margine vegeto obtuso, flavo. Forma videtur tropicalis P. dryadei. Forsan idem ac P. fusco-badius Bres. P. pterygodes similis est, tenuior tamen, substipitatus aut stipitatus.
Fungi Rickiani 18401, Itapiranga 1932.

Polyporus gregarius Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 286.
Ex strato stupposo pileolis exsurgentibus parvis, dependentibus, 1 cm latis, 0.5 cm crassis, coriaceis, subresupinatis, fulvis, non zonatis, valde lanosis; contextu fulvo, stupposo; poris mediis, hexagonalibus, saepe irregularibus et daedaloideis, cinereis, parietibus tenuibus.
Ad truncos.
P. Lindheimeri Berk. proximus, magis tamen irpicoideus. Formam habet conchoideam, a P. stuppeo Berk. colore pilei contextuque distinctus.
Fungi Rickiani 18436, Vila Peperí 1932.

Polyporus subvictoriensis Rick, n. sp.
Pileo sphaerico, lateritio, usque 10 cm diametro; poris inconspicuis, sine dubio vero in adulto tubulis longioribus, albo-conspersis, contextu lateritio, grumoso, stratis contextus zonatis, lateritiis, demum brunneolis.
Ad arborem vivam parasiticus.
A me ut P. plorans Pat. olim habitus. P. victoriensis Lloyd proximus videtur; sporas habet 5 my, sphaericas, hyalinas.

Inveni, raro quidem, Polyporum similem, sporarum gonidialium massa pulveracea intus plenum, magnarum, ellipticarum, coloratarum, colore fungi brunneo; forma ptychogastrica huius videtur.

Polyporus fruticum B. et C. — Saccardo 6,130. — Rick, Broteria 6 (1907) 84; Broteria 31 (1935) 92; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 297.
Pileis sessilibus, lianas amplectentibus, superficie velutina-molli-spongiosa, verrucosa, 3-10 cm lata, 1-3 cm crassa, flavo-brunnea; contextu spongioso, concolore; poris parvis, tubulis 2-4 mm longis, duris, flavescentibus. **Sporis 3 my, subcoloratis.**
Ad truncos rarus, frequens ad lianas saepeque deformis.
Cf. Fomes conchatus.
Fungi Rickiani 18179, 18196, 18251, 18167, 18173, S. Leopoldo 1905-1939. — 18426, Caí 1937.

Polyporus rufo-flavus B et C. — Saccardo 6,191. — Rick, Broteria 31 (1935) 91; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 297.
Pileo tenui, plano, imbricato, 1-3 cm lato, 5 my crasso, laevissimo, zonato, rubro-flavo, vernicoso; hymenio sulphureo; poris minimis, stratosis.
Ad lignum, rarus.
Aspectu Polyporus, technice Fomes.

Polyporus radiatus (Sow.) — Saccardo 6,247 (Polystictus). — Rick, Broteria 31 (1935) 93; Ann. Prim. Reun. Bot. 2 (1938) 297.
Pileis 3-8 cm latis, 0,5-1 cm crassis, concrescentibus, imbricatis, prolificantibus, valde verrucosis, concentrice sulcatis, striatis, velutinis, postea laevibus, fulvo-ferrugineis aut brunneis, margine lobato, contextu concolore, rigido; poris parvis, argenteis, vibrantibus. Sporis 4-5x5-6 my, hyalinis.
Ad truncos caesos non rarus.
Poris argenteo-vibrantibus facile insignis. Per P. pseudo-radiatum in P. gilvum transiens.
Var. **nodulosa** (Fr.) — Saccardo 6,247 (Polystictus).
Rick, Broteria 31 (1934) 93; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 297.
Pileolis in parvulos nodulos agglomeratis, reductis, massam informem, saepe resupinatam constituentibus.
Fungi Rickiani 18306, 18398, 18463, S. Leopoldo. — 20439, S. Salvador.
Var. **cucullata** (B. et C.) — Saccardo 6,130.
Rick. Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 297.
Laevior obscuriorque, cuculliformis.
Fungi Rickiani 18184, 18274, S. Leopoldo 1930.

Polyporus rheicolor (B. et C.) —
Rick, Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 298.
Polystictus rheicolor B. et C. — Saccardo 6,234.
Pileis valde imbricatis, in series longas concrescentibus, ex massa communi exsurgentibus, velutino-fibrillosis, lineatis, vegetis flavis, postea fulvis aut brunneis, 2-5 cm latis, 7 mm crassis; poris contextuque flavis; poris parvis, angulatis, dissepimentis tenuibus, demum laceratis. Sporis 4x5 my, coloratis.
Ad arbores vivas morbidasque.
In silvis parasita communis.

Polyporus croceus (Pers.) Fr. — Saccardo 6,117. — Rick, Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 298.
Pileo carneo-molli, tomentoso, azono, croceo, intus fibroso, subzonato.

8 cm lato, 1 cm crasso; poris brevibus, inaequalibus, croceis; sporis 7 my longis.
Ad truncos rarus; pulcherrima species.
Fungi Rickiani 18132, 20219, Sta. Maria 1936.

Polyporus glomeratus Peck. — Saccardo 6.76. — Rick, Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 298.
Pileis brunneis, imbricatis, unitis in massam 10-20 cm latam, 2-5 cm crassam, velutinis, subduris, subspongiosis, superficie concentrice sulcata; contextu brunneo, parco; tubulis 8-10 my longis, subviridi-flavis, orificiis parvis, angularibus; poris vibrantibus sicut in P. radiato. Sporis subsphaericis, 5-6 my, subcoloratis.
Ad truncum caesum.
Superficie valde verrucosa nodosaque. P. radiato similis, magnitudine (12 cm), mollitie, poris sporisque distinctus. Species rarissima, versus arborum radices crescens. Mihi dubia. In ipso contextu setulae inveniutur inclusae subatrae et latae. Est Oxyuris Lloyd.

Polyporus Rickii (Pat.) Sacc. et Trott. — Saccardo 21.270. — Rick. Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 298.
Pileo sessili, 15 cm lato, 3 cm crasso, convexo, brunneo, superficie hirta, margine obtuso, fulvo-velutina; hymenio pallido, maculis obscuris; contextu brunneo, striato; gonidiis globosis, flavo-brunneis, saepe in formam catenae unitis, 10-12; poris tenuibus, angulosis, integris, aut laceratis; tubis 8-10 mm longis, fulvis, siccis fragilibus, non stratosis. Sporis flavis, ovoideis, laevibus, 6x4 my. Cystidiis fulvis, acutis, 20-25x8 my.
Ad lignum semel lectus.
Lloyd hanc speciem statum P. glomerati ptychogastricum esse censet, sed est mollis et hispidior. Patouillard eum cum P. hispido comparat. In pororum contextu setulae adsunt longae, coloratae, quae etiam in P. glomerato et in Poria Weirii inveniuntur, in qua etiam adsunt chlamydosporae concatenatae sicut in P. Rickii Lloyd; qua de causa Lloyd istas species in proprium genus collocandas censet: Oxyuris.

Polyporus vibratilis (B. et C.)
Rick, Broteria 31 (1935) 94; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 298.
Polystictus vibratilis B. et C. — Saccardo 6,283.
Pileo plano, 10 cm lato, 4 cm crasso, sine zonis, subvelutino, fulvo-brunneo, contextu parco, poris minimis, obscurioribus pileo, vibrantibus.
Ad truncos rarus.
P. gilvo similis, hymenio tamen vibrante distinctus. Hymenti colore obscuro-rubro sicut in P. iodino. Pileus subzonatus. An P. subgilvo Bres. identicus?
Fungi Rickiani 18479, S. Leopoldo 1930. — 18281, Sta. Maria 1936.

Polyporus cuticularis (Bull.) Fr. — Saccardo 6,128. — Rick, Broteria 21 (1924) 5; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 299.
Pileis brunneis, zonatis in vegeto, 1-4 cm latis, 0,5-1 cm crassis, duris, fibrillosis, ferrugineo-brunneis; poris parvis, angulatis, mediocribus, farctis, valde argenteo-vibrantibus; contextu concolore. Sporis sphaericis, 4-5x5-6 my, etiam maioribus.
Ad arbores vivas, maxime in Pruno persica, rarus.
A P. radiato sporis coloratis, parasitismo coloreque flavescente distinctus.
Var. **sulphureo-pulverulenta** (Karsten). — Saccardo 17,114.

Poris minoribus, in sicco sulphureo-pulverulentis. Bona distinctaque varietas.
Fungi Rickiani 18133, 18134, Cafundó 1938. — 18237, S. Salvador.

Polyporus hispidus (Bull.) Fr. — Saccardo 6,129. — Rick, Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 299.
Pileo sessili, solitario, volumoso, crasso, superficie hirta, carne crassa, obscura, molli, sicca fragili, tubulis valde longis, orificiis parvis, flavis, vetustis maioribus laceratisque. Sporis globosis, 10 my, coloratis.
Fungi Rickiani 18450, Montenegro 1938.
Var. **minor** Rick, n. var.
3-4 cm crassa, subresupinata, superficie non hirta, flavescente, demum hirta et nigricante differt.
Ad Prunum persicam vivam, rarus. An. P. Friesii Bres. identicus? P. macropedo Lév. similis, non autem squamis solutis praeditus; nihilominus hanc esse speciem censeo, quae est varietas tropicalis P. hispidi, qui semper in Rosaceis invenitur. Hic parvulis est.

Polyporus tamaricis (Pat.) Sacc. — Lloyd 4, Ap. 387.
Dr. Romulo Zanchi speciem invenit deformatam, spongiosam, mollem, superficie fibrillosa, colore vulpino intus et extus, poris brevibus, mediocribus, pallidis, argenteis, vibrantibus; sporis coloratis 6-8 my, sphaericis.
Ad truncum vetustum.
Fungi Rickiani sub P. rheades Pers. 18403, Sta. Maria 1936; 18480, Taquarembó 1936. — S. Salvador 1945, n. 20479.

g. Formae colore intus extusque vinoso aut brunneo-vinoso.

Polyporus salmonicolor Lloyd, Myc. Notes, 7, 1360, pl. 341, f. 3234.
Rick, Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 300.
Pileo ungulato, brunneo-roseo, 3-5 cm diametro, contextu firmo, sed molli, poris parvis, concoloribus, theobromataceis. Sporis piriformibus, hyalinis.
Ad truncos, rarus.
Cf. Trametes plebeia Berk.
Fungi Rickiani 18398, S. Leopoldo 1940.

Polyporus roseoporus Rick, Broteria 31 (1935) 94. — Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 300.
Pileo unguliformi, 3-10 cm lato, et crasso, Fomiti fomentario simili, brunneo, subzonato, contextu ferrugineo, stupposo; poris parvis, in vegeto roseis, postea brunneis. Sporis 3x4 my, rotundis, subcoloratis.
Ad truncum.
A P. salmonicolore Lloyd contextu compactiore distinctus, sed forsan identicus. Similis Fomiti fomentario, sed prorsus diversus.
Fungi Rickiani 18290, S. Leopoldo. — 18291, Lageado: Typus.

Polyporus vinosus (Berk.)
Rick, Broteria 21 (1924) 5; Broteria 31 (1934) 87; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 300.
Polystictus vinosus Berk. — Saccardo 6,273.
Pileo reniformi, tenui, zonato, subtiliter velutino, glabrescente, obscure vinoso; hymenio concolore; poris minimis hexagonalibus.
Ad lignum putridum.
Pileo 5 cm lato, 2,5 cm longo.
Fungi Rickiani 18189, 18232, 18295, 18299, 18349, 18411, 18435, 18382,

18434, 18447, 18454, 18459, 18462, 18465, 18402, 18479, 18558, 18743, S. Leopoldo 1930-1935.

h. Poris, contextu sporisque albis.
Pars difficillima; aliquarum specierum notionem sat vagam habeo; qua de causa in omnibus Lloyd sequor. Ipse tamen Lloyd difficultatem esse magnam agnoscit.

Polyporus immaculatus Berk. — Lloyd, Myc. Notes 4, Ap. 299, f. 637. — Rick, Broteria 31 (1934) 20; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 300.
Pileo crasso, magno, 10 cm lato, 2-4 cm crasso, superficie alba, laevi, subdura, sine crusta, fragili; contextu albo, fragili, non stupposo; poris parvis, albis. Sporis 5x1 my, curvis.
Ad truncum.
Albus sicut calx.
Var. **leucomalla** (Berk.) — Saccardo 6,108.
Rick, Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 300.
1.5 cm crassus, capillis decumbentibus ornato.

Polyporus trabeus Rostk. — Saccardo 6,112. — Rick, Broteria 31 (1935) 22; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2. (1938) 301.
Pileo pallido, carnoso, fibroso, postea firmo, azono, subvelutino. 4.5 cm lato, 1.5 cm crasso poris brevibus, parvis, rotundis aut elongatis, dentatis, albis. Sporis 4-5x1 my, curvis, hyalinis.
Ad truncum.
P. caesio similis, sed tactu non viridis. Contextu non fibroso.
Fungi Rickiani 18407, 18163, 18432, 18367, S. Leopoldo 1931-1940.

Polyporus Calkinsii (Murr.) Sacc. et Trott. — Saccardo 21.280. — Rick, Broteria 31 (1935) 20.
Pileo plano, convexo, 1-5 cm crasso, 4-8 cm lato; superficie verrucosa, sine crusta, alba, postea flavescente; contextu molli in vegeto, in vetusto duro, albo; poris parvis, albis, siccis, duris. Sporis sphaericis, hyalinis, 4x3.5 my.
Ad palmas vivas et emortuas.
P. trabeus P. Calkinisii microscopice similis, sporis tamen distinctus. Lloyd notat speciem macroscopice identicam, sporis autem sphaericis, membrana echinata diversam.

Polyporus flavescens Mont. — Saccardo 6,140. — Rick, Ann. Myc. 9 (1911) 183, fungi exs. 344.
Pileo albo, margine brunneo, laevi, 3-5 cm lato, usque 3 cm crasso, decurrente, contextu duro, firmo, albo; poris parvis, farctis, albis. Sporis 4-5 my, rugosis, sphaericis, albis.
Ad truncum.
Tubulis aliquoties 8 mm longis; hymenio sicco albo-cinereo.

Polyporus cremeus Bres. ex Lloyd, Myc. Notes 4 Ap. 311.
Rick, Broteria 21 (1924) 7; Broteria 31 (1934) 21; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 301.
Pileo 3-12 cm crasso, imbricato, pileolis minoribus, imbricatis, albis aut flavidulis, aliquoties verrucosis; contextu duro, albo; poris parvis albis, duris. Sporis 3,5 my, sphaericis. Cystidiis praeditus.
Ad arbores vivas.
P. nivosus v. microsporus huc pertinet.
Fungi Rickiani 18296, 18336, Sta. Maria 1935. — 18430, 18272, 18286, Taquarembó 1936.

Polyporus neo-fulvus Lloyd, Myc. Notes 4, L. 13,60. — Rick, Broteria 31 (1935) 22; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 302.
P. cremeo similis, margine autem nigro superficieque fulva, verrucosa; contextu fibroso. Sporis 3-4 my.
P. cremeus et neo-fulvus forsan identici.
Fungi Rickiani 18250 Parecí 1932. — 18417, S. Leopoldo 1933. — 18355, Taquarembó 1935.

Polyporus cartilaginosus Rick, Broteria 6 (1907) 85; Broteria 21 (1924) 136; Egatea 13 (1928) 433; Broteria 31 (1935) 22; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 302.
Pileo 3-4 cm crasso, sessili, globoso-informi, laevi, cartilaginoso, colore roseo, intus pallido; contextu carnoso, firmo, zonato; poris minimis.
Ad lignum rarus.
Fungi Rickiani 20417, Tupandí 1945.

Polyporus submurinus Berk. — Lloyd 4, Ap. 307.
Rick, Broteria 31 (1935) 22; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 302.
Pileo cinereo-albo, sicco obscuriore, sine crusta, verrucoso; contextu albo, sicco firmo; poris parvis, albis. Sporis 8x3,5 my.
Ad truncos.
Sporis magnis facile dignoscendus.
Funi Rickiani 18412, S. Leopoldo 1930.

Polyporus submurinoides Rick, n. sp.
Pileo parvo, 5-6 mm lato, superficie laevi, crusta flavida, sicca rubra; contextu albo; poris parvis, albis. Sporis 4-5x2 my, subcoloratis.
Ad truncos, rarus.
Poris colore ceraceo.
Fungi Rickiani sub P. tephronotus Berk., 18416, Sta. Maria 1935. — 18370, S. Leopoldo 1940. — 20134, S. Salvador 1942.

Polyporus cubensis Mont. — Saccardo 6,146. — Rick, Broteria 5 (1906) 17; Broteria 31 (1935) 23; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 302.
Pileo valde applanato, 3-12 cm lato, 0,5-1 cm crasso, laevi, tenace, in vegeto elastico, parum aut nihil zonato, basi macula sanguinea ornato, pallide stramineo, colore ceraceo; contextu albo; poris rotundis, parvis, aequalibus, obtusis, dissepimentis crassis. Sporis 3-4 my.
Ad truncos frequens.
A P. Valenzueliano et P. supino, cum quibus saepe confunditur, contextu albo, colore pilei, absentia decurrentiae distinctus.
Fungi Rickiani 18158, S. Leopoldo 1936. — 20426, S. Salvador 1943.

Polyporus semisupinus B. et C.— Saccardo 6,115.
Ochraceus; pileo e resupinato reflexo, tenui, fibris paucis brevibus ornato, postice laccato-glabrato, poris minutis, dissepimentis tenuibus. Sporis 5x1 my, allantoideis.
Ad truncos.
Vegetus albus, valde tenuis fere papyraceus. Pileo 8 mm lato, poris 0,3 mm; totus durus.

Polyporus pelliculosus Berk. — Saccardo 6,113. — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 306.
Pileo, contextu porisque P. spumeo similis; spongiosus, aquosus, superficie nigra, crusta vera praedito, saepe hirto-spinosa (=P. spinifer Berk.); poris albis, minutis, parvis, rotundis. Sporis secundum Lloyd

5-7 my, sed etiam ninoribus uti in meo specimini, 6x4 my.
Ad truncos, rarus.
Parasitans, semel lectus ad Meliam. P. spiculifer, cuius forsan varietas, duritie et crusta minus notabili alius.
Fungi Rickiani sub P. pellicularis Berk. 18456, S. Leopoldo 1935.

Polyporus atro-albus Rick, Broteria 31 (1935) 25; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 306.
Pileo usque 5 cm lato, 1 cm crasso, pallido, basi valde verrucuso, superficie maculis nigris occupata maxime in margine et in verrucis; conextu sicco, duro, pallido; poris stramineis; tubulis 0,5 cm longis, orificiis mediis, dissepimentis tenuibus. Sporis 3-4 my. apiculatis, hyalinis.
Ad truncum semel lectus.
P. versicuti Berk. similis; poris siccis obscuro-rubris. A. P. velliculoso Berk. sporis minoribus distinctus.

Polyporus atro-strigosus Cooke. — Grev. 19,2.
Rick, Broteria 31 (1935) 23; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 303.
Pileo 2 cm lato, 1 cm crasso, spongioso, superficie nigra, valde hirsuta; contextu albo; molli; poris parvis, albis. Sporis 5-6 my, hyalinis.
Ad truncum semel lectus.
P. atro-hispidus Lloyd forsan idem; meum specimem poris non parvis sed mediis.

Polyporus versicutis B. et C. — Saccardo 6,112. — Rick, Broteria 31 (1935) 19; Ann. prim. Reun. Sulam. 2 (1938) 303.
Pileo carnoso, concrescente, verrucoso, decurrente, plano; maculis resinosis, nigris; margine obtuso, sterili, colore rufo-brunneo; hymenio sicco obscuro; poris albis, parvis, angulatis, dissepimentis tenuibus; contextu pallido.
Ad truncum.
Superficie cuticulata; contextus et superficiei coloris differerentia insignis. P. flavescentis Mont. forsan varietas.
Fungi Rickiani 18379, S. Leopoldo 1931.

Polyporus fumosus (Pers.) Fr. — Saccardo 6,123. — Rick, Broteria 31 (1935) 21; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 303.
Pileo tenace, duro, 2-10 cm lato, 2-3 cm crasso, decurente, sine zonis, laevi aut subverrucoso, albo aut pallido; contextu firmo, pallido; poris parvis, brevibus, rotundis, integris, duris, fumosis aut albis. Sporis 5x2,5 my.
Ad truncos, non rarus.
Var. **saligna** (Fr.) — Saccardo 6,143.
Rick, Broteria 31 (1934) 21; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 303.
Poris maioribus, labyrinthicis.
Var. **holmiensis** (Fr.) — Saccardo 6,143.
Rick, Broteria 31 (1934) 21; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 303.
Contextu zonato, lineis nigris.
Var. **Amesii** (Lloyd), Myc. Notes 4, Ap. 309.
Rick, Broteria 31 (1934) 21; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 303.
Superficie hirsuta, obscuriore, poris cinereis. P. adusto similis, crassior tamen.

Fungi Rickiani, sine varietatum distinctione, 18261, 18294, Sta Maria 1936. — 18135, 18136, 18324, 18424, 18440, Montenegro 1937. — 18408, S. Leopoldo 1937. — 18214, 18230, 18282, 20159, S. Salvador 1943. — 18170, Parecí 1941. — 20159, Tupandí 1945.

Polyporus albo-mollis Lloyd, in herb.
Rick, Broteria 21 (1924) 6; Egatea 13 (1928) 433; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 304.
Pileo parvo, 1-2 cm diametro sessili, perfecte albo, etiam in sicco, superficie non hirsuta; contextu albo; poris mediis, dissepimentis tenuibus. Sporis ellipticis, 4-5x6 my, laevibus, opacis.
Ad corticem.
P. biformi, similis, crassior autem et non decurrens, sporisque quoque diversis.

Polyporus amorphus Fr. — Saccardo 6,127.
Pileo tenui, albo, dimidiato, imbricato, saepe subresupinato; superficie alba, laevi, sed aliquid argenteo-pubescente; contextu albo, subgelatinoso, sicco rigido; poris submediis, parum profundis, albis aut carneis aut aureis. Sporis 4x1,5 my, cylindricis, curvulis, hyalinis.
Ad lignum, non coniferaceum.
Lloyd hanc speciem negat extra coniferas inveniri posse.
Fungi Rickiani 18219, S. Salvador 1943.

Polyporus tephroleucus Fr. — Saccardo 6,108 — Rick. Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 305.
Pileo laterali, regulari, convexo, albo-sordido, hirsuto, in vegeto molli; contextu albo, in vegeto gelatinoso; poris albis, tactu cinereis, rotundis, usque 0.5-1 cm longis, parvis. Sporis 5x1-5 my, curvulis hyalinis.
Ad truncos.
3-5 cm latus, 2-3 cm crassus. Bene determinata species; a P. trabeo colore griseo distinctus.
Fungi Rickiani 18148, S. Leopoldo 1930. — 18211, 18242, 18264, 20058, S. Salvador 1942-1943.

Polyporus fumidiceps (Atk.) Sacc. et. Trott. — Saccardo 21,278. — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 303.
Pileo carnoso. concrescente. parum evoluto, superficie cinerea, hirsuta, molli, initio subgelatinoso, sicco fragili; poris mediis, rotundis, 0,5-1 cm longis, in partibus resupinatis minoribus. Sporis 4x3,5 my, hyalinis.
Ad corticem.
Forsan species nova. P. tephroleuco exterius similis, sed tenuior. P. tephroleucus est etiam hirsutus sporasque habet 5x1,5 my; crassior est neque decurrens.
Fungi Rickiani, 18426, Caí 1937.

2. Contextu porisque albis aut pallidis, siccis decoloratis.

Polyporus mollis (Pers.) Fr. — Saccardo 6,113. — Rick, Broteria 31 (1935) 23; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 304.
Pileo carnoso-fibroso, molli, basi decurrente, verrucoso, pallido, fibrillis longitudinaliter innatis, 3-4 cm lato, 1-2 cm crasso; contextu albo, sicco, rubro, molli, granuloso; poris magnis, sinuosis, ore aequalibus. Sporis 5x1 my, hyalinis, curvis.
Ad truncum Araucariae.
Fungi Rickiani 18221, S. Salvador 1943.

Polyporus Weinmanni Fr. — Saccardo 6,132.
A P. molli magnitudine distinctus; 10-15 cm latus, 4 cm crassus; superficie minus alba, carne tenace.
Ad truncos.

Polyporus hiascens Lloyd, Myc. Notes 7,1109, pl. 190, f. 2052. — Rick, Broteria 21 (1924) 6; Egatea 13 (1928) 433; Broteria 31 (1935) 24; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 304.
Pileo valde decurrente, parum evoluto, imbricato, sordide albo, molli; superficie valde fibroso-hirsuta, 1-3 cm lato, 0,5-1 cm crasso; poris longis, laceratis in sicco, magnis, tactu rubris. Sporis rotundis hyalinis, 5-6 my.
Ad truncos frequens.
Siccus ruber. P. borealis analogon tropicale.
Fungi Rickiani 18130, 18314, 18394, 18376, 18457, S. Leopoldo 1930-1932.

Polyporus spathulatus Fr. — Saccardo 6,134. (P. borealis (Wahlenb.) Fr.)
Pileo tenui, villoso, margine acuto, in stipitem brevem lateralem producto; poris tenuibus, valde laceris. Sporis 4-5x3 my.
Ad lignum.
Est P. borealis (Wahlenb.) Fr.
Fungi Rickiani 18332, Couto 1936.

Polyporus stramineus (Pat.) Sacc. et Trott. — Saccardo 21,266.
Pileo stramineo, applanato, 10 cm lato, 1 cm crasso, molli, poris parvis, subrotundis. Sporis 6x8 my, piriformibus.
Ad lignum.
Non est Trametes straminea Lloyd, qui est hispida et poris maioribus
Caute a P. cubensi separandus, cui similis est, sed mollior.

Polyporus Kmetii Bres. — Saccardo 14,175.
Pileo sessili, basi attenuato, carnoso-fibroso, tenui, convexo vel plano-subdepresso, margine undulato-repando, involuto, aurantiaco-expallente, processibus dentato--crispatis vel aculeatis eleganter obtecto, 2-3 cm lato; tubulis tenuibus, ex albo stramineis, 2-3 mm longis; porís concoloribus, angulatis, mediocribus, acie tenui, demum collapsa; contextu tenui, albo, sub pilei epidermide linea saturate aurantiaca. Sporis hyalinis, obovatis, 494,5x2,5-2,75 my.
Ad truncos.
Fungi Rickiani 18368, S. Leopoldo 1940.

Polyporus epileucus Fr. — Saccardo 6,109.
Pileo e caseoso molli, firmo, pulvinato, villoso, scruposo, albido, intus similari; tubulis minutissimis, 18 mm longis, rotundis, integerrimis, albis.
Ad truncos, rarus.
Pileo 8-12 cm lato, 2-6 cm crasso, semiorbiculari, intus non fibroso, vix zonato. Sporis reniformibus, 5x2,5 my, hyalinis.
Fungi Rickiani 18357, S. Leopoldo 1939.

Polyporus fissilis B. et C. — Saccardo 6,133. — Rick, Broteria 31 (1934) 24; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 305.
Pileo molli, parum evoluto, 2-3 cm lato, tenui, verrucoso, sine crusta; contextu albo, firmo, sicco pallido-rubro; poris mediis 1 cm longis,

albis, siccis rubris, adglutinatis, colore cereo. Sporis 7-7x4.5 my, hyalinis.
Ad truncos rarus.
Quam P. hiascens tenuior albiorque; P. fumidicipiti videtur proximus.

Polyporus fragilis Fr. — Saccardo 6,111. — Rick, Broteria 31 (1935) 24; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 305.
Pileo parvo, tenui, parum evoluto, contracto, decurrente, albo, tactu rubro, superficie subhirsuta, countextu albo, molli, fragili, sicco rubro; poris angulatis, irregularibus, longis, inaequalibus. Sporis 5x1,5 my, cylindricis, hyalinis, curvatis.
Ad truncum.
A P. molli forma tenui et fragilitate distinctus.
Var. **fimbripora** (Schw.) — Saccardo 6,113.
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 305.
Poris valde fimbriatis, non ita fragilibus, siccis duris.
Fungi Rickiani 18364, S. Leopoldo 1922. Solum hanc varietatem certo legi.

Polyporus delectans Peck. — Saccardo 6,114. — Rick, Broteria 21 (1935) 25; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 305.
Pileo sessili, decurrente, imbricato, sine crusta, verrucoso-molli; contextu albo, sicco spongioso, pallido: poris magnis, irregularibus; tubulis 1,5 cm longis. Sporis subsphaericis, 7-8 my, hyalinis.
Ad truncos, rarus, magnus.
Poris sporisque magnis insignis. A. P. hiascente pileo multo maiore, bene evoluto, verrucoso, non hirsuto distinctus.

Polyporus obtusus Berk. — Saccardo 6,134. — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 306.
Pileo amplo, superficie fibrillosa, hirsuta, verrucosa, sine crusta; contextu sicco pallido, sed aliquid flavidulo, spongioso; poris magnis, irregularibus, laceratis, tubulis 1-3 cm longis, albis, postea flavidulis; siccus decoloratus. Sporis 9-10 my, sphaericis, hyalinis, grosse guttulatis.
Ad truncos.
P. delectanti forsan identicus, sicut et P. Hobsonii Berk.

Polyporus Eucalyptorum Fr. — Saccardo 6,141. — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 306.
Pileo plano, crasso, usque 10 cm lato, crusta tenui, pallida, flavescente, in sicco separabili; contextu albo, lignoso, poris parvis, brevibus, albis, in sicco flavescentibus, a contextu semper albo bene distinctis. Sporis hyalinis. sphaericis, 10 my.
Ad truncum.
Varietas est P. Eucalyptorum, crusta difficulter separabili insignis, contextu lignoso porisque parvis; identitas autem sporarum eum ad P. Eucalyptorum Fr. pertinere suadet. P. obtusus ab hac specie poris magnis distinguitur. Videtur P. leucocreas, qui secundum Lloyd est P. Eucalyptorum = **P. maculatissimus Lloyd**.
Fungi Rickiani 18209, Parecí 1943. — 18400, Itapiranga 1932.

i. Contextu pileoque albis, tactu in vegeto viridi-azureis.

Polyporus caesius (Schrad.) Fr. — Saccardo 6,113. — Rick, Broteria 21 (1924) 5; Broteria 31 (1935) 26; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot 2 (1938) 307.

Pileo albo, carnoso, molli, tenace, subvelutino, 2-4 cm lato, usque 0,5 cm crasso, contextu albo, carnoso; poris parvis, elongato-curvis dentatisque, laceratis. Sporis 5x1,5 my, pallidis. Poris tactu viridi-azureis. Ad truncos non rarus.
Inter species similis solum P. trabeus et P. tephroleucus similem habent tactu colorationem, non tamen viridi-azuream.

POLYSTICTUS Fries.

A Polyporo unice contextus tenuitate distinctus, fere papyraceus. Genus est artificiale, qua de causa in litteratura multi Polysticti inter Polyporos, immo aliqui inter Fomites militant. Sicci valde decolorantur, qua de re diagnoses ex museorum speciminibus factae parum utiles sunt. Specimina mea fere omnia a Lloyd cum typis comparatae sunt; exstant insuper in Museu Smithsoniano, Washington, a me lecta.

I. Pedunculati.

Stipite laterali aut centrali; aut pileo saltem basi dilatata in discum affixo.

1. Stipite laterali aut centrali; contextu, poris sporisque brunneis.

Polystictus luteo-nitidus Berk. — Saccardo 6,209. — Rick, Broteria 6 (1907) 88; Ann. Myc. 9 (1908) 108, fungi exs. 198; Broteria 31 (1935) 121; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 252.
Pileo circulari, verrucoso, in vegeto brunneo-splendente, zonato, saepe irregulari, concrescente, 1-3 cm lato, margine lobato subvelutino, stipite brevi, deformi, spongioso, sed tenace, etiam ventricoso, concolore, velutino; poris parvis, brunneo-flavidis, orificio obtuso.
Ad terram frequens, gregarius.
P. fibrilloso-radians Mont. et P. fibrilloso-striatus Lloyd huius speciei varietates sunt.
Fungi Rickiani 18112, S. Leopoldo 1939.

Polystictus oblectans Berk. — Saccardo 6,211. — Rick, Broteria 6 (1907) 88; Broteria 31 (1935) 122; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 252.
Pileo tenui, margine serrato, zonato, orbiformi, pilis radiantibus, decumbentibus brunneo-obscuro, subsplendente, 1-3 cm lato, tenuissimo, stipite centrali, vix inflato, velutino, brunneo-rubro, 2 cm alto, tenui, non spongioso; poris mediis, laceratis, dentatis, magis obscuris quam in P. luteo-nitido. Sporis obscuris 8-5 my.
Ad terram.
A P. luteo-nitido colore obscuriore, poris maioribus obscurioribusque distinctus. Cf. P. oblectabilis Lloyd.
Fungi Rickiani 18043, S. Leopoldo 1905.

2. Stipite centrali aut laterali, obscuro, contextu porisque albis.

Polystictus xanthopus Fr. — Saccardo 6,215. — Rick, Broteria 31 (1935) 122; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 253.
Pileo coriaceo, infundibuliformi, valde tenui, valde obscuro usque nigro, laevi, splendente, zonato sed non semper, 1-3 cm lato, stipite

laevi, splendente, flavescente aut brunneo, 4-6 cm longo, 1-3 cm lato, poris minimis, pallidis.
Ad lignum.
Saccardo hanc speciem ut brasiliensem habet; ego numquam legi. P. nephridius Berk., superficie venosa, laevi, huius videtur varietas. Secundum Jasuda in Japonia P. flabelliformis et florideus identici sunt cum multis formis intermediis. In Brasilia P. flabelliformis non ita rarus est, meo sensu tamen a P. florideo distinctus.
Fungi Rickiani 17878, India.

Polystictus flabelliformis Klotzsch — Saccardo 6,216. — Rick, Broteria 31 (1935) 122; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 253.
Pileo in vegeto et sicco vere distincto. In vegeto: 3-10 cm lato, coriaceo, plano, zonato, tomento sordido, secedente, glabrato, subbadio; tomento albo-cinereo-flavescente. In sicco prorsus laevi, zonato, nigrescente. Stipite brevi, laterali, primo velutino, deinde nudo, obscuro; poris minimis, albis. Sporis 6-7x3 my, elongatis.
Ad lignum.
Siccus P. versicolori similis, vegetus autem prorsus diversus. Forma P. versicoloris stipitata tropicalis pro P. flabelliformi habetur, falso tamen.
Fungi Rickiani 18103, 18093, S. Leopoldo. — 17990, Sta Maria. — 18070, 18120, 20326, 20245, S. Salvador 1943.

3. Stipite laterali, generatim brevi, basi dilatata aut non; numquam nigro.
Sectio haec numerosissima este valdeque intricata; species reduci possunt ad certos typos, varietates plus minusve fixas repraesentantes. Ea de causa in herbario sunt fere indeterminabiles; solum continua ipsius naturae observatio ideam praebet justam variabilitatis. Typum fundamentalem voco "grex".

A. Grex "luteus".
Colore vario, plerumque luteo.

Polystictus porphyritis Berk. — Saccardo 6,217. — Rick, Broteria 31 (1935) 123. — Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 254.
Pileo 3-6 cm lato, 4 mm crasso, coriaceo, novo purpureo, postea flavescente, velutino, zonato, sulcis semicircularibus; stipite brevi, tenace; poris minimis, nitide albis. Sporis 4-2 my, cylindricis, subcoloratis.
Ad lignum, non rarus.
Lloyd hanc speciem P. luteo identicam dicit, qui tamen est laevis, aliquid zonatus, magis luteus, initio non purpureus.
Var. **siennaecolor** Berk.) — Saccardo 6,216.
Rick, Broteria 31 (1935) 130; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 254.
Colore magis cinereo sporisque 6-8x3-4 my insignis; e sporis species videtur distincta.
Fungi Rickiani 17867, 18089, 17880, 18063, Sta Maria 1936. -- 17918, S. Leopoldo 1931. — 18015, 22895, S. Salvador.

Polystictus luteus Blum, et Nees ab Esenbeck — Saccardo 6,218. — Rick, Broteria 6 (1907) 88.
Pileo 3-10 cm lato, subcrasso, laevi, aliquando verrucoso, subzonato; stipite laterali brevi, 8 mm lato; colore flavo-rubro aut olivaceo; poris minimis albis, non tamen ita nitidis sicut in P. porphyritide.
Ad ligna putrida.

Praeter colorem superficiemque differentiam invenio constantem inter P. luteum et P. porphyritidem in stipite, qui in P. porphyritide bene effiguratus a pileo, in P. luteo paulatim in pileum transiens. Lloyd P. luteum nihil lutei coloris habere dicit; de facto P. lutens initio olivaceus est, quae probabiliter forma typo subest.

Polystictus luteo-velutinus Bres. — Saccardo 23.410. — Sub P. luteo-nitidus Rick, non Berk; Rick, Ann. Myc. 6 (1907) 108, fungi Exs 193.)
Pileo coriaceo, 1-6 cm lato, pauca mm crasso, velutino-flavo-fulvescente, semicirculari, lobato, breviter stipitato-dilatato, basi stramineo-olivacea, subzonato, zonis evanescentibus, minimis, angulatis, dissepimentis tenuibus, demum scissis. Sporis 2-3x1 my (Diagnosis mea est.).
Ad lignum.
P. porphyritidi similis, bene tamen distinctus, quia novus non colore porphyreo, magis tenuis, stipite non ita distincto, vix zonato, non sulcato neque poris tam nitidis.
Fungi Rickiani 18122, S. Leopoldo 1938. — 20116, S. Salvador.

Polystictus mutabilis B. et C. — Saccardo 6.217. — Rick. Broteria 31 (1935) 128; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 254.
Pileo coriaceo, flabelliformi, albo-flavescente, striato-velutino, zonato, 3-10 cm lato, denique laevi, stipite laterali, sed minus dilatato; poris albis, minimis.
Ad lignum.
P. versicolori similis, cuius forsan forma tropicalis stipite dilatato. Lloyd eum P. obovato Berk. identicum dicit; alius tamen est, P. versicolori proximus, quia P. obovatus non ita flavus.
Fungi Rickiani 17874, 18105, S. Leopoldo 1931-1940. — 20544, S. Salvador.

Polystictus flabellum Mont. — Saccardo 6.233. — Rick, Broteria 31 (1935) 130.
Apus, membranaceus, imbricate caespitosus, pileo papyraceo, primum spathulato, tandem late flabelliformi-expanso, multifido, longitrorsum striato zonisque concentricis notato, e candido-subnitenti-pallido-rufescente opaco, glabro; poris minutis, oblongis, irregularibus; contextu fibroso, cum pileo concoloribus, acutis, dentatis, demum laceratis; dissepimentis tenuibus.
Ad ligna.
Quamvis dicatur apus, brevissime dilatateque substrato adiungitur.
Fungi Rickiani 17892, Vila Pperí 1930.

Polystictus Blumei Lév. — Saccardo 6.223.
Pileo ochraceo-albo, membranaceo, coriaceo, conchiformi, tenui, reniformi, convexo, postice imbricato, pubescente, glabrescente, zonis concentricis, angustis, obscurioribus notato; stipite brevissimo, disciformi; hymenio contextuque concoloribus; poris irregularibus, angulatis, acie acutis, dentatis, minimis, 0,25 mm.
Ad ligna.
Versicolor, zonis aliquando usque ad colorem griseum dilutis.
Fungi Rickiani 18126, S. Salvador.

Polystictus Pocas Berk. — Saccardo 6.259.
Conchiformis, stipite crasso, superficie rubro-ochroleuca, velutina. Sporis 7-10x3 my.
Ad lignum.
Fungi Rickiani 17872, 18002, S. Leopoldo 1905.

Polystictus polygrammus B. et C. — Saccardo 6,219. — Rick, Broteria 32 (1936) 175.
Pileo flabelliformi, hic illic lobato-fisso, coriaceo, imbricato, lineato, fulvo-umbrino, subtiliter scabroso-hirto, subzonato, opaco, postea in stipitem obsoletum angustato; hymenio ochraceo in sicco; poris minimis, angulatis, dissepimentis tenuibus, dentatis.
Ad lignum.
Meum specimen poris irregulariter formatis, nudo oculo conspicuis. Quamvis generatim P. petaliformis censeatur varietas, meo sensu bona species est, ab initio colorata tenaciorque. P. petaliformis est species chamaeleontica, sed constans, pileo pallido, striis evidentibus, in statu iuvenili basi obscuriore, et forma imbricata. Siccus semper valde contractus.
Fungi Rickiani 17981, 17999, S. Leopoldo 1905.

Polystictus makuensis Cooke. — Saccardo 6,216.
Pileo coriaceo-membranaceo, plano-depresso, zonato, nitido, badio-fusco vel castaneo; margine acuto, lobato, sinuato vel subintegro; carne alba, stipite subelongato, pallido, plerumque crasso, disciformi; hymenio albo; poris rotundis, sat minutis, regularibus, dissepimentis tenuibus, acie dentatis.
Ad ligna.
A P. flabelliformi laevitate stipiteque albo distinctus; siccus non differt.
Fungi Rickiani 17986, Sta Maria 1935.

Polystictus discipes Berk. — Saccardo 6,227.
Pileo coriaceo, tenui, 1-2 cm lato, valde albo-velutino, sicco laevi, subzonato; stipite albo vestito, basi dilatato; poris parvis, albis.
Ad lignum.
Diagnosis haec Kalchbrenneri (pro P. puelllari Kalchbr.) fungo quadrat vetusto; vegetus enim stipitem disciformen nullo modo ostendit, vellere enim albo absconditur; in sicco stipite perfecte visibili, P. discipedi Berk. correspondens. Siccus a P. modesto Kuntz non ita distinctus, multo autem latior. Secundum Bresadola P. petaliformi identicus, quia Bresadola formam solum siccam vidit. P. flabelliformi affinior est tomento. Si P. petaliformis revera est typus, P. discipes vocari debet.
Fungi Rickiani sub P. puellari Kalchbr. 18049, S. Leopoldo 1935.

Polystictus squamaeformis Berk. — Saccardo 6,221. — Rick, Broteria 31 (1935) 125; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 255.
Pileo cuneiformi, valde tenui, 1-3 cm lato, castaneo, tenuissime striato, zonato, margine sterili, tenuissimo; stipite brevi, dilatato; poris albis, mediis, dentatis aut elongatis, in basi pilei.
Ad lignum.
Secundum Lloyd P. affini identicus; meo autem sensu P. versicolori valde proximus.
Fungi Rickiani 17917, 17919, S. Leopoldo 1935.

Polystictus unguicularis Fr. — Saccardo 6,221. — Rick, Broteria 31 (1935) 125; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 255.
Pileo flavescente, tenui, 1-2 cm lato, margine lobato, laevi, striis usque ad basin elevatis, lineis usque ad marginem perductis; in pedem brevem producto; poris parvis, demum laceratis. Sporis 4-6x3-3,5 my.
Ad lignum putridum.

P. multilobus multo latior, lobatus, poris minimis. P. versicoloris formae videntur tropicales.
Fungi Rickiani 17920, S. Leopoldo. — 20029, S. Salvador.

Grex "petaliformis".
Pileo flabelliformi, in vegeto siccoque vix colorato, in sicco valde contracto.

Polystictus petaliformis B. et C. — Saccardo 6,219. — Rick, Broteria 31 (1935) 128; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 256.
Pileo e coriaceo, tenui, striato, flabelliformi, albo-pallido, iuvenili obscuriore, 1-2 cm lato, basi hirsuto, obscuriore; stipite brevi aut elongato; pileo leviter subzonato, aliquoties verrucoso, sicco papyraceo, lacerato, contracto, poris parvis, vetustis laceratis. Siccus fulvus. Sporis 3-4x3 my.
Ad ligna frequens, imbricatus.
P. Diedrichsenii consistentior, cuneiformis, verrucosior, poris maioribus, laceratis, sporis quoque maioribus.
Var. **obovata** (Jungh.) — Saccardo 6,90 (Polyporus).
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 256.
Longius stipitatus, carnosior, zona obscura una alterave ornatus.
Fungi Rickiani 17972, 18116, S. Leopoldo.

Grex "modestus".
Formae tenuissima, semicirculares, in sicco coloratae, vegetae coloratae aut pallidae, in sicco non contractae, pilei basi discoidea; generatim pusillae.

Polystictus modestus Kunze — Saccardo 6,226. — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 260.
Pileo coriaceo, tenui, applanato, obsolete velutino zonatoque, cinnamomeo-pallescente, utrinque in stipitem brevissimum album scutato-adnatum decurrente; poris minutis, rotundis, obtusis, lacteo-pallescentibus. Sporis 6x2,5 my.
Ad lignum.
Fungi Rickiani 18030, S. Paulo.

Polystictus Mölleri Bres — Saccardo 14,185. — Rick, Ann. Myc. 9 (1911) 178, fungi exs. 257; Broteria 31 (1935) 124; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 255.
Pileo papyraceo, tenui, 1-4 cm lato, semicirculari, delicate velutino, subzonato, flavescente, sicco flavo; stipite laterali, brevi, dilatato in basi; poris albis, parvis, brevibus, rotundis.
Ad lignum.
A P. modesto bene distinctus.
Fungi Rickiani 18113, Parecí 1931.

Polystictus glirinus Kalchbr. — Saccardo 6.260. — Rick, Broteria 32 (1936) 174; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 255.
Pileo suborbiculari vel subreniformi, conchato, vertice in stipitem spurium producto, subtiliter tomentoso-villoso, murino vel subolivascente, zonato, zonis pileo flavescente albis; poris minutis, perbrevibus, passim inaequalibus, albis.
Ad lignum.
A P. Mölleri in vegeto superficie pallida, hirsuta, sicut in P. pinsito omnino distinctus; in sicco tamen laevis, vixque a P. Mölleri distinctus; immo cum P. modesto in sicco coincidet.
Fungi Rickiani 17884, 18050, 17938, S. Leopoldo 1933-1937.

Polystictus brunneolus Berk. — Saccardo 6,226. — Rick, Broteria 31 (1935) 126, sub P. Parshii Berk.
Pileo coriaceo, tenui, reniformi-flabellari, cervino-pallido in sicco, in vegeto castaneo, crebre zonato, sericeo-nitente, margine acutissimo; stipite brevissimo; hymenio contextuque pileo subconcoloribus, in vegeto albo-nitidis; poris minutis, punctiformibus, dissepimentis obtusiusculis; pileo usque 5 cm lato. Sporis 6x2,5 my.
Ad lignum.
Pulcherrima species a P. modesto Fr. et P. modesto Kunze prorsus diversa.
Fungi Rickiani 18985, S. Leopoldo 1931. — 18047, Sta Maria 1935.

Polystictus brachypus Lév. — Saccardo 223 — Rick, Broteria 21 (1924) 10; Broteria 31 (1935) 133; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 260.
Pileo 1-2 cm lato, tenui, semicirculari, plano, sicco curvo, laevi, vegeto albo-zonato, zonis opacis, subextinctis, sicco fulvo-flavescente, substriato; poris parvis, albis, siccis fulvis, angulatis; stipite brevi, valde dilatato.
Ad lignum putridum.
A P. Didrichsenii vegeto forma semicirculari, laevi, poris minimis distinctus. Superficie pilei laevi a P. Menziesii et P. glirino diversus.

Polystictus conchifer Schw. — Saccardo 6,225.
Minor, tenuis, spongioso-coriaceus, albus, pileo conchiformi, glaberrimo, splendente; poris mediis, dentatis. Saepe ad modum Cladoniae pyxidatae concrescens.

Polystictus puro-albus Lloyd, Myc. Notes 7, 1224, pl. 254, f. 2515. — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 260.
Pileo tenui, stereiformi, 1 cm lato, albo; poris parvis, immo minimis; pileo velutino, tenuissime striato; stipite brevi, valde nitideque dilatato, sicco colorato.
Ad lignum.
Hanc speciem etiam pure cineream inveni.
Fungi Rickiani 18016, Sta Maria 1936.

Polystictus Didrichsenii Fr. — Saccardo 6,225. — Rick, Broteria 6 (1907) 88; Ann. Myc. 4 (1906) 310, fungi exs. 52; Broteria 31 (1935) 126; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 258.
Pileo tenui, cuneiformi, 3 cm longo, 2 cm lato, sicco rufo, vegeto albo, subvelutino, bene striato, subzonato, stipite brevi, dilatato; poris in vegeto albis, siccis decoloratis, mediis dissepimentis tenuibus. Sporis 5x2,5 my.
Ad ligna.
Mea diagnosis cum Friesii diagnosi, qui poros vocat parvos, obtusos, non concordat; dissepimentorum autem habitus a conditionibus meteorologicis valde dependet. Etiam ad gregem "elongati" duci posset.
Fungi Rickiani 18076, 18094, S. Leopoldo 1930. — 18066, S. Salvador 1942.

Polystictus Menziesii Berk. — Sacardo 6,226. — Rick, Broteria 31 (1935) 127; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 259, ubi P. Didrichsenii varietas.
Sicut P. Didrichsenii, poris tamen parvis, subhexagonalibus, integris; pileo striato quidem, non autem velutino; sporis 5x2 my.
Fungi Rickiani 17947, S. Leopoldo 1935.

Sectionis "modestus" formae siccae facile confunduntur, vegetae sic bene distingui possunt:
P. brachypus. circularis, laevissimus, crassiusculus, poris minimis, stipite brevissimo, latissimo, generatim imbricatus.
P. Didrichsenii: Cuneatus, valde striatus, poris mediocribus, laceratis.
P. Menziesii: Idem, minus tamen striatus, poris minimis.
P. glirinus: Circularis sicut brachypus, sine striis, valde velutinus, poris parvis.
P. modestus: Flavo-brunneus, subvelutinus, splendens, zonatus, poris parvis.
P. puro-albus: Cuneiformis, tenerrimus, minus striatus, poris parvis.
P. puellaris: Vegetus velutinissimus, ab omnibus distinctus.
Kunzei diagnosis perfecte P. modesto convenit, non autem P. modesto sensu Lloyd, secundum quam P. modestus Fr. crassus, polyporeus, colore carneo, a P. modesto Kunze prorsus diversus; P. Féei tamen forsan identicus.

Grex "stereinus".
Generatim cinerei aut subcarnosi, sed tenaces, parum zonati, stipite non ita dilatato-laterali, brevi. Generatim minus regulares nec flabelliformes.
Lloyd synonyma distinguere connatur, cum revera transitiones inter omnes inveniatur.

Polystictus stereinus B. et C. — Saccardo 6,220. — Rick, Broteria 31 (1935) 125; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 257.
Pileo e carnoso coriaceo-resistente, 1-5 cm lato, 1-10 mm crasso, aquoso, spathulato, cinereo, usque pallido et nigro, zonis obscuris, subexstinctis; stipite laterali, pallido; poris parvis, obtusis, pallidis aut flavescentibus. Sporis 4x3 my.
Ad lignum valde putridum.
Generatim polyporeus. Iuvenilis velutinus, postea vero laevis. Stipite saepe irregulari, profunde in lignum immerso, etiam absente. Formae typicae tenuissimae, subresupinatae, prorsus stereiformes, poris invisibilibus, subcoloratis. Quamvis admodum variae, semper carnoso-tenaces aut aquosae aut obscurae, P. zonali similes, qui tamen durus, apus. P. gallopavonis Berk. secundum Lloyd est bona species. P. meleagri identica, forsan non sine ratione. Formae omnes siccae valde informes contractaeque sunt.
Var. **psiloderma** (B. et M.) — Saccardo 6,269.
Poris maioribus (det. Bresadola).
Species nostra odorem funginum validum habet, qui in P. cadaverino fortissimus est nauseosusque. Saepe formam sat crassam, polypoream habet (P. cadaverinus, P. hydrophilus) cum typus sit tenuis. P. hydrophilus B. et C. valde aquosus, siccus admodum contractus; in sicco colore albo-brunneo, superficie virgata; transit in P. zonalem.
Fungi Rickiani 18001, 18028, Marcelino Ramos 1936. — 18053, 18081, 20778, S. Salvador 1943.

Polystictus perzonatus Rick, Broteria 31 (1935) 133; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 257.
Pileo tenuissimo, laevissimo, 1 cm lato, 2 mm crasso, subsessili, brunneo-fulvo, zonis numerosissimis, approximatis; poris parvis, minimis, albis.
Ad lignum putridum.
Quam P. stereinus multo tenuior minorque, sine contextu, zonis tamen bene notatus nitidusque.

Polystictus lamii Lloyd, Myc. Notes 7, 1240, p. 267, f. 2634. — Rick, Ann. prim. Reun. Salum. Bot. 2 (1938) 257.
Pileo 1-3 cm lato, carnoso-tenace, crassiusculo, subzonato, cinereo, spathulato; stipite brevi, crasso, 8 mm, basi crassiore; poris albis, minimis.
Ad ramos siccos.
Non aquosus, stipite formaque valde regulari, in lignum non intrans, sed superficialis, habitu Polypori, sicco non contracto.

Grex "elongatus".
Pileis elongatis, concrescentibus, stipite indistincto, sine basi dilatata.

Polystictus elongatus Berk. — Saccardo, 6,231. — Rick, Broteria 6 (1907) 90; Broteria 31 (1935) 130; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 258.
Pileo cuneiformi, lobato, basi angustato, 5-6 cm longo, 2-3 cm lato, tenui, velutino, postea laevi, griseo-subflavescente, azono aut subzonato, striato, coriaceo; poris vegetis pallidis, parvis, dissepimentis tenuibus, laceratis, aliquando irpicoideis.
Ad lignum putridum.
Fungi Rickiani 17982, 17991, S. Leopoldo 1932. — 17989, Parecí 1933. — 18005, Porto Novo. — 20053, S. Salvador.

Polystictus prolificans Fr. — Saccardo 6,230, — Rick, Broteria 31 (1935) 134.
Pileo coriaceo, longitudinaliter costato, margine prolifero lobato, stipite lateraliter elongato, tenui, villoso, griseo, poris inaequalibus, mox labyrinthiformibus, dentatis, fuscescentibus.
Var. **apus Rick**, n. var.
Poris regularibus, sine stipite, pileo zona singula ornato; stipitatum non inveni.

Polystictus laceratus Berk. — Saccardo 6, 231. — Rick, Broteria 31 (1935) 134.
Effuso-reflexus, tenuis, zonatus, laevis, rugoso-striatus, ligneo-coloratus; poris latis, angulosis, mox abruptis, dissepimentis tenuibus, dentatis, brunneis.
Mea diagnosis: Pileo imbricato, decurrente, stramineo, laevi, striato, rigido, rugoso, scuto affixo, margine tenuissimo, 3-4 cm lato, 2-3 mm crasso; poris mediis, irregularibus, stramineo-rubris, elongatis,
Sporis 5-6x3 my. (Descriptio e sicco).
Fungi Rickiani 17888, 17932, S. Leopoldo 1931. — 17870, 17881, Cruz Alta 1936.

Polystictus fulvicolor Speg. — Saccardo 9, 185.
Pileis dimidiatis, sessilibus, spathulatis vel flabellatis, 4 cm diametro, cuneatis, confluentibus, superne applanatis, in dimidia parte postice subazonis, parcissime laxeque canescenti-velutinis, obscure fulvis, opacis, antice densiuscule concentrice zonatis, pallescenti-fulvis; sulcis obscurioribus variegatis, glaberrimis, non vel parce radiatim noduloso-fibrosis, sericeo-subnitentibus, margine repando sublobatis vel crenatis, tenuissimis, acutissimis; hymenio sordide fulvescente vel fusco-pallescente, e tubulis breviusculis 1 mm longis densissime constipatis, minutis, lacero-daedaloides; dissipimentis tenuibus, divisis, efformatis; ad marginem usque producto.
Ad ligna.

P. pergameno in Theissen, Polypori austroamericani, respondet.
Fungi Rickiani, 17891, Cruz Alta.

Polystictus Hodgkinsoniae Kalchbr. — Saccardo 6,231. — Rick, Broteria 31 (1935) 131; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 258, ut P. elongati varietas.
Pileo tenui, membranaceo-coriaceo, rigidi, plano-convexo, spathulato, striis elevatis radiantibus dense lineato, primum subsericeo, demum verrucelloso; margine acuto subtus sterili, sublobato, albido; stipite brevi, cylindraceo, basi disciformi, linea recta in pileum transeunte; poris minutis, brevissimis, angulatis, demum dentato-laceris, ex albo flavescentibus.
Mea diagnosis: Pileo crassiore, tenaciore, cuneiformi, tomentosulo, in vegeto zonato, valde striato, valde prolificante; poris parvis, non laceratis, in sicco retiformibus. Sporis 5-6x3 my.
Stramineo-flavus.
Fungi Rickiani 17870, 17876, 17822, 17886, 17896, 17893, 17908, 17909, 17913, 17915, 17921, 17937, 18006, 18084, 18128, S. Leopoldo 1933.
Var. **flavissima** Rick, n. var.
Colore laete flavo, superficie laevi, sicco stramineo, dissepimentis tenuibus, P. rigescenti similis.
Fungi Rickiani 17897, Sta Maria 1936.

Ad P. elongatum et P. Hodgkinsoniae nota:
P. pergamenus Fr. cum P. elongato coincidere videtur; iste tamen pallidior, magis velutinus, poris magis laceratis quam in P. Hodgkinsoniae et P. fulvicolore. Pori novi secundum Lloyd in P. pergameno violacei.
P. Hodgkinsoniae forsan a mea specie alienus. P. fulvicolor in vegeto rubro-fulvus; meus P. Hodkinsoniae in vegeto flavo-stramineus. Verum P. pergamenum numquam legi.

Polystictus unicolor, Rick, Broteria 31 (1935) 131. — Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 258.
Pileo lignoso, 5-6 cm longo, 3 cm lato, firmo, prolificante, crasso, e massa communi exsurgente, lineate verrucoso, subvelutino, postea laevi, non zonato, flavo-fulvo; contextu albo-fibroso; poris brevibus, angulatis, dissepimentis laceris, mediis.
Ad truncos siccos.
P. Hodgkinsoniae varietas polyporea valde crassa videtur.

Polystictus hinnuleus B. et C. — Saccardo 6,234. — Rick, Broteria 31 (1935) 135; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 261.
Pileo flavo-fulvo, carnoso, cuneiformi, 4 cm lato, 3 cm lato, striato, concrescenti-prolificante; stipitibus ex massa communi; poris parvis, brevibus, decurrentibus, albo-flavidis, pileo novo strato lanuginoso cooperto, postea laevi, margine nigro.
Ad trunci radicem semel inventus.
Stereo eleganti valde similis. Cf. P. dubitativus Lloyd. P. eurycephalus B. et. Br., et P. rubricus Berk. videntur identici.

Polystictus xalapensis Berk. — Saccardo 6,230. — Rick, Broteria 31 (1935) 135; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 262.
Pileo membranaceo, tenui, flabelliformi, margine, lobato, 5-10 cm longo, pallido, velutino, postea laevi et splendente, zonis tenuibus; hymenio albo; poris mediis in sicco fulvis; dissepimentis tenuibus, fra-

gilibus, dentatis; stipitibus 5 cm longis, difformibus, albis, basi iunctis. Sporis 4-3 my.
Ad trunci radices.
Secundum Lloyd P. elongato identicus, sed vix striatus...

Polystictus fimbriatus Fr. — Saccardo 6,240. — Rick, Broteria 31 (1935) 132; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 259. — Rick, sub Beccariella caespitosa Cooke, Ann. Myc. 2 (1904) 242; 2 (1904) 408, fungi exs. 12.
Pileo tenuissimo, albo, transparente, cuneiformi vel infundibuliformi, subzonato, zonis aquosis; margine lacerato; stipite centrali aut laterali, tenuissimo; poris mediocribus, saepe abortivis, laceratis ideoque irpicoideis, superficialibus.
Ad lignum frequentissimus.
Rosulas efformat magnas, mox putridas. Cum Stereo diaphano facile confusus. Lloyd formam polypoream in massam communem concretam Polyporum crassitatum vocat. Divergentia generum in synonymia notae digna est; indicium magnae huius speciei variabilitatis.
Fungi Rickiani 17890, 18037, S. Leopoldo 1932. — 18127, S. Salvador 1943.

Polystictus russogramme Berk. — Saccardo 6,229.
Pileo castaneo usque nigro, coriaceo, subrigido, subzonato, radialiter lineato, margine lacerato, poris mediocribus, irregularibus, laceratis, albis, dissepimentis tenuibus, laceratis.
Ad truncos.
Polysticti flabelli Mont. varietas nigra videtur.
Fungi Rickiani 18013, Sta Maria 1935.

Polystictus exiguus Cooke — Saccardo 6.233. — Rick, Broteria 31 (1935) 136; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 262.
Pileo tenui, 3 cm lato, membranaceo, pallido, fibroso-hirsutulo, stipite brevi, informi; margine lacerato; hymenio albo, tubulis elongatis; poris parvis, dissepimentis tenuibus, dentatis. Sporis 5x3 my.
Ad truncum.
Meum specimen tubulis non elongatis; diagnosis autem Cookei nihilominus quadrare videtur. P. floribundus Quél., etiam a me lectus, pileo magis hirsuto distinctus.

II. Pileo sessili.
A. Pileo colore uniformi, non zonato, superficie valde hirsuta, con textu colorato.

Polystictus trichomallus B. et M. — Saccardo 6.237. — Rick, Broteria 31 (1935) 137; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 263.
Pileo sessili, super substratum extenso, e hypharum rigidarum spongiosarum superne in comam brunneam intertextarum formato; poris mediis, inaequalibus, angulatis, dentatis, brunneis.
Ad ligna valde putrida, rarus.
Evolutus a me non visus.

Polystictus aculeifer Berk. — Saccardo 6,237. — Rick, Broteria 31 (1935) 137; Ann. prim. Reun. Sulam. 2 (1938) 263.
Pileo unice e pilis longis formato, crassiusculis, rigidis, flavo-rubris, concrescentibus in pileum fulvum, valde hirtum, aculeatum; poris ra-

ris, magnis, laceratis, albo-flavescentibus, etiam nullis (Echinodia). Invenitur etiam aculeis a strato porifero separatis.
Ad truncos putridos non rarus, facile dignoscendus.
Fungi Rickiani 22572, S. Salvador 1944.

Polystictus funalis Fr. — Saccardo 6,236. — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 263.
Pileo pilis rigidis, fibrosis, ferrugineis, leviter intertextis formato; poris tenuibus, inaequalibus, laceratis, pallidis, postea obscuris, dentatis.
Ad truncos.
Verum pileum numquam vidi; ceterum P. aculeifero similis, bene tamen colore distinctus.

Polystictus leonotis Kalchbr. — Saccardo 6,235. — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 263.
Pileo spongioso, 3 cm lato, 1 cm crasso, imbricato, convexo, piloso: pilis rigidis, fulvis; margine obtuso; poris parvis, brunneis; contextu colorato.
Ad truncos, rarus in RGS (in Brasilia Centrali frequentior). A P. leonino poris parvis distinctus.

Polystictus versatilis Berk. — Saccardo 6,244. — Rick, Ann. Myc. 9 (1911) 182, fungi exs. 327; Broteria 31 (1935) 138; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 263.
Pileo subresupinato, imbricato, 3-10 cm lato, a substrato facile solubili, valde piloso, molli, contextu mollissimo, pallido, sordide cinereo. iuvenili violaceo; poris magnis, novis violaceis aut cinereis, laceratis, irregularibus, dentatis. Sporis 8-10x4-6 my.
In regione Serra Geral in RGS species communissima, ad S. Leopoldo autem rara; invenitur etiam trametoides, calvus, subniger, durus, crassus (=Trametes Zollingeriana Lév.).
Ad truncos.
Fungi Rickiani 17890, 18048, S .Leopoldo 1935. — 17978. Sta Maria. — 17998, 18007, Taquarembó 1936. — 20558, S. Salvador.
Var. **hispidula** (Lloyd), Myc. Notes 3. Mic. 68.
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 264.
Poris parvis, sporis ovalibus, 4x3 my.
Var. **albo-vestita** (Llyod), Myc. Notes 7, 1192, pl. 169, f 1849.
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 264.
Albicans, gossypinus.

B. Pileo versicolore, zonis semicircularibus, laevibus aut pilosis. Sectio propter indefinitam specierum variabilitatem dificillima. In regionibus tropicalibus etiam stipitati apparent.

a. Grex "versicolor".
Pileo multicolore, zonato, subvelutino, non tamen vere hirsuto, contextu albo.

Polystictus versicolor (L.) Fr. — Saccardo 6,253. — Rick, Broteria 3 (1904) 282; Broteria 6 (1907) 89; Broteria 32 (1936) 172; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 264.
Pileo tenui, coriaceo, 1-5 cm lato, imbricato, laevi aut subvelutino, zonis splendentibus, versicolore; poris parvis, albis, etiam laceratis. Sporis constanter 6x3 my, elongatis.

In ramis lignisque siccis communis, cosmopolita.
Fungi Rickiani 18068, 18074, 18090, 18112, S. Leopoldo 1930-1939. — 17874, 17887, 17900, Montenegro 1938.
Var. **nigricans** (Lasch). — Saccardo 6,253 (P. versicolor (L.) Fr.) Rick, Broteria 32 (1936) 172; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 264.
Pileo subnigro.
Var. **azurea** (Fr.) — Saccardo 6,284.
Rick, Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 264.
Colore azureo.
Var. **brusinae** (Schulzer — Saccardo 6,254.
Rick, Broteria 32 (1936) 172, ut species; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 264.
Pseudopedunculatus, velutinus, zonis latis, laevibus, splendentibus, cum velutinis alternantibus. Sporis 5x3 my, elongatis.
Var. **pavonina** (Rick) Rick, Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 264.
P. pavoninus Rick, Broteria 32 (1936) 173.
Pileo crasso, zonis splendentibus, laevibus, purpureis aut flavis, latis; poris albis, siccis fulvis, laceratis; zonis hirsutis saepius disparentibus. Inter P. versicolorem et zonatum medium tenens (= P. vittatus Berk.).
Var. **armenicolor** (B. et C.) — Saccardo 9,184.
Colore armeniaco.

Polystictus zonatus Fr. — Saccardo 6,260. — Rick, Broteria 6 (1907) 90; Broteria 32 (1936) 177; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 265.
Pileo sicut in versicolore, subhirsuto, tamen minus late zonato; sporis 69x3-4 my.
Ad ligna.
In Europa distinctio inter P. versicolorem et P. zonatum locum habere potest; hic vero delimitationem invenire impossibile est. Verus P. versicolor semper est laevis; hirsutie autem minore aut maiore in P. zonatum transit. Etiam daedaleiformis apparet (Daedalea pavonina Berk.).
Fungi Rickiani 18010, 17914, 18025, 17997, S. Leopoldo 1932-1936. — 17928, Sta Maria 1936. — 17893, 17895, Montenegro 1938. — 17879, Parecí 1939. — 18064, S. Salvador 1943.
Var. **brunneo-alba** (Berk.) — Saccardo 6,262.
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 265.
Brunneus.
Fungi Rickiani 18000, S. Leopoldo 1931.
Var. **pectuncula** (Lév.) — Saccardo 6,261.
Rick, Broteria 32 (1936) 173, ut species. — Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 265.
Brunneo-ferrugineus, sporis 6-7x3 my.

Polystictus limbatus Fr. — Saccardo 6,261. — Rick, Broteria 32 (1936) 173; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 265.
Pileo tenui, 1-4 cm lato, velutino, plano, sulcis concentricis paucis, non splendente, unicolore, flavo-ferrugineo, margine inferius sterili; poris minimis, albis, laevissimis, obtusis. Sporis 6x3 my, elongatis.
Ad lignum, rarissimus.
Uno colore porisque minimis optime distinguendus.
Fungi Rickiani 17942, S. Leopoldo 1932.

Polystictus velutinus Fr. — Saccardo 6,258. — Rick, Broteria 32 (1936) 177; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 265.
Pileo suberoso, crassiusculo, molli, velutino, subzonato, flavescente, Poris parvis, albis, rotundis, obtusis.
Ad ligna sicca.
A P. versicolore e P. zonato crassitie, consistentia suberosa, zonarum defectu distinctus. P. velutinum genuinum in RGS numquam inveni, sed solum formas intermedias.
Fungi Rickiani 17904, S. Leopoldo 1938.

Polystictus Drummondi Klotzsch. — Saccardo 6,287. — Rick, Broteria 33 (1937) 81; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 267.
Pileo tenui, imbricato, spathulato, rigido, vix zonato, striato-fibroso, 1-2 cm lato, verrucoso, in sicco flavo-fulvo, margine lacerato, 1 cm lato, poris maioribus, tenuibus, laceratis, albis, dentatis, angulatis, postea flavescentibus. Sporis 9x4-5 my.
Ad lignum putridum, rarus.
A P. versicolore colore fulvo, zonis nullis, superficie rugosa, rigiditate sporisque distinctus.
Fungi Rickiani 17889, 18083, 20379, S. Salvador 1942-1944.

Grex "hirsutus".
Pileo nullo modo nitente, zonato denseque hirsuto.

Polystictus hirsutus Fr. — Saccardo 6,257. — Rick, Broteria 3 (1904) 282; Broteria 32 (1936) 176: Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 265.
Pileo coriaceo, 5-10 cm lato, velutino et hirsuto, pallido, cinereo, versicolore, sulcis concentricis; poris albis, obtusis, parvis.
Ad truncos frequentissimus.
Var. dialepta (Fr.) — Saccardo 6,117 (Polyporus).
Pileo coriaceo, tenuissimo, effuso-reflexo, tomentoso, helvulo, fuscescente, margine nigricante, poris brevibus, tenuibus, rotundis: sporis 7-8x3 my, cylindricis.
Var. occidentalis (Klotzsch). — Saccardo 6,117.
Saepe maximus, crassior, omnibus partibus fulvus. Ad truncos adustos frequentissimus. Invenitur etiam poris pallidis.
Var. byrsina (Mont.) — Saccardo 6,275.
Pileo crasso, albo,, densissime hirsuto, 3-5 cm lato, 1-2cm crasso, semicirculari, sulcato; poris parvis, rotundis, obtusis; ad truncos non ita frequens.
Fungi Rickiani, sine varietatum distinctione, 18004, Taquarembó 1936. — 18039, 17899, S. Leopoldo 1937. — 18061, 18121, 18092, 18097, Parecí 1931-1942. — 20241, 20329, 19622, S. Salvador 1943. — 17868, Marcelino Ramos 1936.

Polystictus pinsitus Fr. — Saccardo 6,262. — Rick, Broteria 32 (1936) 176; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 266.
Pileo coriaceo, 3-4 cm lato, elastico, cinereo-versicolore. sulcato-zonato, nullo modo splendente, valde hirsuto-subhirto; poris magnis, angulatis, dentatis, albis aut flavescentibus, immo in speciminibus soli expositis, nigris. Sporis 16-7x3-4 my.
Polyporacea tropicalis, ad ramos siccos frequentissima.
Fungi Rickiani 18035, 17929, 18125, 18988, 18017, 17935, 18091, 17930, 17929, S. Leopoldo 1931-1937. — 17992, Sta Maria 1935. — 18019,

Sto Amaro 1935. — 17107, Parecí 1932. — 21666, Porto Alegre. — 18101, 18123, 18130, 18080, 18086, 20314, 21028, 21114, 21135, 20603, 20628, 20635, 20314, S. Salvador 1942-1943.
Var. **umbonata** (Fr.) — Saccardo 6,266.
Rick, Broteria 32 (1936) 176, ut species; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 267.
Forma basi nodosa, sporis 8-12x7 my.
Fungi Rickiani 1836, 18057, 18100, S .Leopoldo 1936.
Var. **hoedina** (Berk.) — Saccardo 6,260.
Tenuior, velutinus, zonis in vegeto obscuris, poris P. pinsito similibus, multo tamen minoribus. Ad arborum vulnera saepe parasiticus.
Fungi Rickiani 18061, 18092, 18097, 18121, 20241, 20239, 21149, 22873.

Polystictus hypotheius Kalchbr. — Saccardo 6,263.
Pileo tenui, coriaceo, conchato, vix 2,5 cm lato, basi angustata adnato, sericeo-villoso, albo, obsolete zonato, zonis concoloribus; poris maiusculis, brevibus, foveolaribus, angulatis, acutis, lutescentibus.
Ad ramos.
Cum P. Kalchbrenneri descriptione perfecte quadrat, pori tamen minores, qua de causa transitus ad P. decipientem Schw. A P. pinsito pilis fibrosis tenuissimis, decumbentibus distinctus. Fere laevis est, non vere hirsutus, poris laete flavis in sicco, minimis; praeterea substipitate adnatus.
Fungi Rickiani 20180, S. Salvador 1943.

c. **Grex "sector"**.
Cuneiformes, minus hirsuti aut laeves.

Polystictus sector (Ehrenb.) Fr. — Saccardo 6,285. — Rick, Broteria 3 (1904) 282; Ann. Myc. 9 (1911) 179, fungi exs. 267, 229; Broteria 33 (1937) 81; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 267.
Pileo sessili, imbricato, subdecurrente, rigido, membranaceo, cuneiformi, 1-2 cm longo, colore variabili, cinereo, violacente, brunnescente, valde striato, saepe verrucoso; poris mediis, brevibus, cinereis, aut violaceis, demum laceratis. Sporis 4-5x3 my.
Ad truncos vetustos cummulatim crescens.
Fungi Rickiani 18031, 18014, 17973, 18024, S. Leopoldo 1930-1933. 20207, 20040, S. Salvador 1943.
Var. **prosector** (Lloyd), Myc. Notes 7, 1147, pl. 210, f. 2207.
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 267.
Breviter pedunculatus.
Fungi Rickiani 18008, 18048, S. Leopoldo 1931.
Var. **ludens** (Speg.) — Saccardo 6,285.
Rick, Broteria 33 (1937) 82; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 267.
Colore brunneo, valde rigido, sicco cinereo, sporis 6x3-4 my, cylindricis.
Fungi Rickiani 17894, 17926, 17983, 17993, 18009, 18062, 18072, 18129, 22951, S. Salvador 1945.
Var. **nigro-cincta** (Berk.) — Saccardo 6,268.
Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 268.
Zonis nigris.
Fungi Rickiani 17987, S. Leopoldo 1933.

Polystictus membranaceus (Swartz) Berk. — Saccardo 6, 287. — Rick, Broteria 33 (1937) 82; Ann. prim. Reun. Sulam. 2 (1938) 268.

P. sectori similis, multo tamen tenuior, planior, minus striatus, fere laevis, colore brunneo, zonis alteris velutinis, laevibus alteris, 1-3 cm latus, poris minimis, hexagonalibus, concoloribus.
Ad truncos rarus.
P. tenuis (Link) Cooke certo non multum differt.
Fungi Rickiani 17975, 77925, 17941, S. Leopoldo 1930-1931. — 18078. S. Salvador 1945.

Polystictus cyphelloides Fr. — Saccardo 6,627. — Rick, Broteria 33 (1937) 83; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 268.
Pileo tenui, 1 cm lato, papyraceo, velutino, laevi, subzonato, albo, cucullato, poris parvis, albis, brevibus.
Ad corticem ramosque rarus.
Siccus aliquid decoloratur.
Fungi Rickiani 17906, S. Leopoldo 1930.

d. Grex "subresupinati".

Polystictus rigens Sacc. et Cub. — Saccardo 6,274. — Rick, Broteria 21 (1924) 10; Broteria 33 (1937) 85.
Pileis in substrato effusis, subimbricatis, valde resupinatis, 13 cm latis, rigidissimis, coriaceis, flavo-fulvis, concentricis, verrucosis, striatis, subvelutinis aut velutinis, olivaceis vel pallide stramineo-fulvis; poris parvis, sed etiam mediis, brevibus, rotundis, pallidis, non autem albis, obtusis. Sporis 8-10x4-5 my, cyldindricis, hyalinis.
Ad truncos communis.
Est perfecte flavus. P. rigidus Lév. et P. gibberulus auctorum secundum typum = P. zonalis; diagnosis Saccardoana P. rigidi Lév. non multum differt a P. rigente. Aliquoties crassus est et polyporeus. P. rarus Lloyd et P. glabro-rigens Lloyd formae calvae sunt. P. rari pori maiores novae specie fundamentum constituere non possunt propter variabilitatem in hac specie.
Fungi Rickiani 17931, 18117, 17945, 17885, 17907, 18054, 17934, 18054, 18055, 17950, S. Leopoldo 1932-1939. — 17871, 18023, Sta Maria 1935. — 17901, 18012, 18042, 18119, 17977, Taquarembó 1936. — 20181, 20469, S. Salvador 1945. — 20517, Tupandí 1945.

Polystictus roseolus Rick, Egatea 13 (1928) 433; Broteria 33 (1937) 84; Ann. Prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 268.
Pileo membranaceo, molli, subresupinato, imbricato, longitudinaliter connato, 1-3 cm lato, sulcato-zonato, colore roseo-brunneo aut flavo-roseo, sicco expallente, hirsutulo; poris mediis, saepe elongatis, tenuibus, brevibus, roseis, expallentibus.
Ad ramos siccos.
P. abietino similis.
Fungi Rickiani 17939, S. Leopoldo 1932. — 17943, 18063, Parecí 1935-1941. — 18098, S. Salvador 1942.

Polystictus lobato-rigens Rick, n. sp.
Resupinatus, pileis recurvatis, hirsutulis, seriatis, lobatis, tenuibus, 0.5 cm latis, coriaceis, semel concentrice sulcatis, pallidis, subvelutinis, rigidissimis; poris elongatis, aut rotundis, fere daedaloideis, duris, ex albo stramineis; dissepimentis, tenuibus, rigidis.
Ad corticem.
A P. rigente colore, poris, pileolis minimis; a P. glabro-rigente Lloyd colore distinctus.
Fungi Rickiani 18106, S. Salvador 1942.

Polystictus biformis Berk. — Saccardo 6,240. — Rick, Broteria 32 (1936) 178; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 268.
Pileo albo, imbricato, stupposo, mollissimo, effuso-resupinato, velutino usque hirsuto, sulcato, 1-3 cm lato, zonis non nitentibus; poris magnis, laceratis, acutis, dentatis, irregularibus, albis. Sporis 8-10x4 my, cylindricis, curvis.
Ad truncos vetustos.
In RGS semper tenuior quam Myc. Notes fig. 817.
Fungi Rickiani 18111, S. Leopoldo 1939.

Polystictus subochraceus Lloyd, Myc. 7,1191, pl. 235, f. 2392. — Rick, Broteria 21 (1924) 10; Egatea 13 (1928) 433; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 269.
Pileo effuso-reflexo, coriaceo, tenui, zonato, flavescente, poris tenuibus, elongatis, lamellari-seriatis, dentibus similibus.
Ad lignum putridum.
Hydno ochraceo similis.
Mea diagnosis: Resupinato-conchatus, 1-3 cm lato, crispo-molli-lobato, ruguloso, una alterave zona indeterminata ornato, zona ochracea, ceterum albo-stramineo; hymenio poris lamellosis tenuibus, densis, elongatis formato. Sporis 4,5-5x4 my, albissimis in pulvere, ut in Hydnis punctatis. Totus ochraceus. Aspectu polyporeo. Siccus expallens.
Fungi Rickiani 18099, 20690, S. Salvador 1944.

Polystictus Sullivantii Mont. — Saccardo 6,242 — Rick. Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 269.
Pileo tenui, effuso-reflexo, hirsuto, zonato, albo; poris mediocribus, ore acuto, dentatis.
Ad lignum.
P. hirsuti forma dubia videtur.
Fungi Rickiani 18045, S. Salvador 1936.

Polystictus bifer Berk. — Saccardo 6,290. — Rick, Broteria 33 (1937) 85; Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 269.
Pileo subresupinato, spongioso, velutino, pallido, lobato, parvo; poris mediocribus, pallidis, brevibus, angulatis, dissepimentis tenuibus; hymenio saepius zonato. Sporis 5-7 my, sphaericis.
Ad lignum.
Crescit massa imbricata, et saepe est Poria.
Fungi Rickiani 17994, 17949, 17996, 18032, 18038, 18051, 18058, 18059. S. Leopoldo 1930-1932. — 18079, S. Salvador 1942.

Polystictus subreflexus Lloyd, Myc. Notes 6, 884, pl. 128, f. 1524.
Pileo fere ut in P. biformi, rigido tamen, hirsutulo, minimo; poris margine regularibus, angulatis, parvis, vix impressis, centro hiantibus, valde laceratis; dissepimentis tenuibus, margine hirsutulis, albis. Sporis in meo specimine ovalibus, 5x6 my, subargillaceis.
Ad lignum nudum.
Siccus fere albus.
Fungi Rickiani 20312, S. Salvador 1943.

Polystictus daedaloideus Rick, n. sp.
Coriaceus, fere papyrinus, superficie centraliter rugosa, flavidula, mox alba, rudis, 1 cm lata, longe resupinatus, decurrens; hymenio daeda-

loideo, flavo-ochraceo, dentato, poris magnis, interstitiis crassiusculis, obtusis, labyrinthiformibus. Sporis 3 my, sphaericis.
Var. albo-fibrosa Rick, n. var.
Albo-fibrosa, poris albis, sporis 4,5x3,5 my.

Polystictus vicinus Bres. — Saccardo 23,414. — Rick, Ann. prim. Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 269.
Pileo fere toto resupinato, aliquid erecto, vix 1 cm lato, tenui, 1-2 mm crasso, coriaceo, colore cinereo-brunneo, hirsuto, margine acuto, lobato, contextu pallido; tubulis concoloribus, 2-3 mm longis; poris rotundis aut angulatis, pallidis, postea obscurioribus, orificiis acutis, 6-8 pro mm². Sporis hyalinis, cylindricis, 6x2,5-3 my; pilei hyphis 2,5-6 my latis, membrana crassa.
Ad ramos siccos.
P. Steinheilianus Berk. similis dicitur, sporis tamen differt. Forsan est Polyporus adustus polystictoides, resupinatus, cuius sporas habet.

Polystictus puberulus Bres. — Saccardo 23, 414. — Rick, Ann. prim Reun. Sulam. Bot. 2 (1938) 270.
Pileis imbricatis, convexis, sessilibus, basi effusis, tenuibus, coriaceis ochraceis aut avellaneis, subvelutinis, 8-10 mm latis; tubulis 2 mm longis. Poris minimis, subrotundis, 8-10 pro mm²; sporis genuinis 3-4x2-5 my, hyalinis. Hyphis hymenii conglutinatis, 2-3 my latis.
Ad ramos siccos.
P. adusto similis, poris vero minimis sporisque minoribus distinctus. P. adusti varietati dissitae forsan identicus, quamquam huius pori micantes sunt.
Fungi Rickiani 22641, S. Salvador 1944.

e. Agreges.
Formae discrepantes.

Polystictus hirtellus Fries. — Saccardo 6,255.
Pileo segmentoideo, stuppeo-coriaceo, brunneo, effuso-reflexo; pilis subtilibus erectis strigosis hirsutulo, primitus azono, demum marginem versus obsolete concolori-sulcato; contextu albo, pallido, molli; poris mediis parvis, rotundis, angulatisque, helvolo-pallidis, demum fuscescentibus; 5-7,5 cm latus, longe extensus resupinatusque.
Ad truncos.
Nec P. obstinatus Cooke, nec P. Meyenii Kl. uti voluerunt quidam. A P. occidentali bene distinctus, contextu praesertim colorato.
Fungi Rickiani 17944, S. Leopoldo 1932.

Polystictus sanguineus (L.) Fr. — Saccardo 6,229. — Rick, Ann. Myc. 2 (1904) 409, fungi exs. 282; Broteria 31 (1935) 123; Ann. Prim. Reun. Bot. Sulam. 2 (1938) 270.
Pileo coriaceo, flavo-rubro, 2-10 cm lato, laevi, saepius stipite brevi. plerumque sessili; poris parvis, concoloribus; sporis hyalinis, 5-7x3 my.
Ad ligna putrida, frequentissimus.
Etiam quamvis raro crassus trametoidesque apparet. Vetustus in ipso sustrato perfecte albescit.
Fungi Rickiani 18069, Sta Maria; 20609, S. Salvador 1945. — 21641, Porto Alegre 1912.

TRAMETES Fries.

Huius generis distinctio in textura hymeniali pororumque natura homogenea ponebatur; nunc vero formas amplectitur polyporeas maiores, coriaceo-lignosas, generatim applanatas aut etiam resupinatas. Genus est artificiosum, rationibus solis practicis historicisque retinendum. Distinctio principalis in eo ponitur, quod pilei textura (contextus) a pororum contextu non differt, cum in aliis Polyporaceis distinctio sit inter pilei pororumque contextum.

Trametes Feei (Fr..) — Rick, Broteria 21 (1924) 9; Broteria 33 (1937) 153.
Polystictus Feei Fr. — Saccardo 6,244.
Pileo suberoso-subcoriaceo, 3-12 cm lato, 0,5-1 cm crasso, planiusculo, inaequalibi, adpresse villoso, zonato, fusco-canescente; poris minutis, subrotundis. Sporis 3 my.
Ad lignum fabrefactum putridum, sed etiam ad truncos.
Secundum Lloyd T. carnea Nees et T. cupreo-rosea Berk. cum hac specie plane conveniunt.
Fungi Rickiani 19390, 19292, 19358. Parecí 1935-1939. — 19324, 19351, S. Leopoldo 1935-1939. — 23174, S. Salvador.
Var. **arctica** (Berk.) — Saccardo 6,264.
Pileo superficie adpresse fibrillosa.

Trametes plebeia (Berk.) Lloyd, Myc. Notes, 3, L. 32, 4; 4, Fom. 225. — Polyporus plebeius Berk. — Saccardo 6,147. — Rick, Broteria 5 (1906) 17; Broteria 6 (1907) 85.
Pileo applanato, margine acuto, duro, rigido, unicolore violaceo, 3-10 cm lato, 1 cm crasso, contextu porisque concoloribus, siccis violaceo-cinnamomeis; superficie laevi, subvelutina, tactu non dura; contextu duro, rigido; poris in typica specie minutis, parietibus crassis.
Ad lignum.
T. Dickinsii poros aliquid maiores habet; cetera synonyma solum colore differunt, qui in nostro fungo valde constans est. T. Feei pileo non laevi differt; praeterea generatim colore magis carneo, cum plebeia sit violacea. Polyporus salmonicolor Lloyd et P. roseoporus Rick bene distincti, quia ab initio nihil carnei coloris habent; praeterea contextus mollior. P. roseoporus etiam forma distinctus, quia angulatus. Sicci vero colore vix distincti.
Fungi Rickiani 18288, 19339, S Leopoldo 1937-1939. — 19336, S. Salvador 1939. — 19328, Sta Rosa 1939.

Trametes Persoonii (Fr.) —
Rick, Broteria 33 (1937) 158.
Polystictus Persoonii Fr. — Saccardo 6,272.
Pileo coriaceo, crasso, stupposo, applanato, ruguloso, crusta obsolete zonata, laevi, e sanguineo expallente, 1-20 cm lato, 1,5-5 cm crasso; hymenio primo poroso, deinde anguste labyrinthiformi, pallide cinnamomeo, sed primum albo, et tunc tactu sanguineo. Odore farinoso.
Ad ligna.
Torrend hanc speciem Fomiti annoso identicam probavit.
Fungi Rickiani 19289, India.
Var. **scabrosa** (Pers.) — Saccardo 6, 169 (Fomes).
Pileo nigricante, valde scabroso.
Var. **hypopolia** (Kalchbr.) Rick, n. comb.
Polyporus hypopolius — Saccardo 6,143.

Poris griseis, valde longis, sporis 15x7 my, elongatis, probabiliter gonidialibus, hyalinis distinctus.
Hae duae varietates membra sunt intermedia inter T. Persoonii et Fomitem annosum.
Nota: Si Polyporus invenitur relative mollis, contextu pallido crustaque obscura aut sanguinea, fragili, laevi, poris irregularibus, mediocribus aut magnis: talis species aut T. Persoonii aut Polyporus farinosus Rick, solum poris maioribus regularibusque distinctus. Immo T. Persoonii Polysticti formam habere potest, uti in Saccardo videre est.

Trametes ochroflava Cooke. — Saccardo 6,351. — Rick, Broteria 5 (1906) 19; Broteria 6 (1907) 90; Broteria 33 (1937) 154.
Ubique ochraceo-flava, etiam imbricata, ungulata, pileo maximo, sed etiam minore, suberoso, compacto, concentrice zonato; poris subrotundis, minutis, aequalibus, ochroleucis, 1 mm latis.
Ad arbores vivas.
Cum Polyporo lignoso confundi potest, qui tamen poros contextumque bene inter se separatos habet; praeterea magis irregularis et applanatus.
Fungi Rickiani 19298, 19312, 19370, S. Leopoldo 1936.

Trametes fibrosa Fr. — Saccardo 6,346. — Rick, Broteria 5 (1906) 19; Broteria 6 (1907) 90; Ann. Myc. 5 (1907) 336, fungi exs. 143; Broteria 33 (1937) 154.
Pileo suberoso, tenui, 0,5-1 cm lato parum crasso, subundulato, zonato, nigro-fusco, fibris crebris ramosis hispido; margine fimbriato; poris fuscis, minutis.
A. T. hydnoide zonis nitidis fibrisque non erectis sed longitrorsum repentibus, non pure nigris, distinctus.
Ad ligna emortua.
Fungi Rickiani 19306, S. Leopoldo 1937.

Trametes hydnoidea (Schw.) Fr. — Saccardo 6.346. — Rick, Broteria 33 (1937) 158.
Pileo suberoso, applanato, azono, badio-fusco, setis rigidis, erectis, ramosis, flexuosis, fuscis aut atris strigoso, intus ferrugineo; 0,5-10 cm lato, 0,5 cm crasso. Sporis 3-5 my, sphaericis.
Ad ligna non rarus.
Fungi Rickiani 19360, 19355, S. Leopoldo 1939. — 19316, Sta Maria 1936. — 19372, Couto 1936. — 19353, Taquarembó 1936. — 20551, S. Salvador 1945.

Trametes caperata (Berk.)
Rick, Broteria 33 (1937) 154.
Polystictus caperatus Berk. — Saccardo 6, 282. — Rick, Ann. Myc. 3 (1905) 15, fungi exs. 22; Broteria 5 (1906) 18.
Pileo solido, ligneo aut coriaceo, 5-12 cm lato, 0,5-1 cm crasso, basi effuso, zonato, brunneo-variegato, primum velutino, dein nudo, subinde nitente, superficie valde rugoso-tuberculosa; hymenio pallide cervino aut cinereo; poris minutis. subrotundis.
Ad ligna frequens.
Hymenio saepe primitus albo (T. subcaperata Lloyd), sed demum cinereo-brunneo. T. fibrosa et T. phocina varietates forsam tenues sunt huius communissimae speciei.
Fungi Rickiani 19326, 19335, 19343, S. Leopoldo 1909-1933. — 19363, 19366, Sta Maria 1936.

Var. **actinopila** (Mont.) — Saccardo 6,348.
Rick, Broteria 6 (1907) 90, ut species.
Minus scabrosa, zonis nitidis.
Fungi Rickiani 19348, S. Leopoldo 1936.

Trametes cirrifera (B. et C.)
Rick, Broteria 33 (1937) 155.
Polystictus cirrifer B. et C. — Saccardo 6,282.
Pileo dimidiato, 8 cm lato, 1 cm crasso, convexo, rigido, setis compressis, fulvis, pluribus aspero; hymenio cinnamomeo, poris rotundis, parvis, ocellatis.
Ad truncos.
T. ocellata B. et C. species genuina non est, sed forma solum poris ocellatis.
Fungi Rickiani 19299, S. Paulo.

Ad specierum harum affinium distinctionem nota:
T. caperata: Valde scabrosa, saepe etiam nitide zonata.
T. fibrosa: Fibris decumbentibus, longis, non densis, nitide zonata, non ita crassa, non scabroso-rugosa.
T. phocina: Non scabrosa, nitide zonata.
T. cirrifera: Dense fulvo-crinita, non scabrosa nec zonata.
T. hydnoides: non scabrosa, dense nigro-setosa, non zonata, setis rigidis, atris, longis, erectis, saepe densis.
T. hispida: Vix scabrosa, fulvo-crinita, nitide zonata, poris amplis.

Trametes stupea (Berk.)
Polystictus stupeus Berk. — Saccardo 6,236.
Fulvo-crinita, crinibus ramosis, non zonata; poris amplis.
Hanc speciem in RGS non inveni, habeo solum a Dr. W. Herter, Montevideo.

Trametes phocina (B. et Br.)
Polystictus phocinus B. et Br. — Saccardo 6,283. — Rick, Broteria 21 (1924) 10; Broteria 33 (1937) 155.
Pileo tenui, subflabellari, lobato, coriaceo, zonato, antice velutino, subolivaceo, postice umbrino, subsericeo, contextu rufo-umbrino; hymenio cinereo-albicante, poris parvis, dissepimentis margine tenuibus, hinc inde elongatis.
T. caperatae videtur varietas tenuis, non scabrosa.
Ad lignum emortuum.

Trametes guyoniana Mont. — Saccardo 6, 349. — Rick, Broteria 33 (1937) 156.
Pileo suberoso-ligneo, postice porrecto, atro, margine reflexo-obtuso, 5-10 cm lato et crasso, pulvinato, laevi, subtus cinereo, intus fuliginoso; poris inaequalibus, obliquis, amplis, suborbicularibus, ore obtusissimis.
Ad lignum, rara.
Pileo non atro sed subferrugineo.

Trametes argyropotamica Speg. — Saccardo 16,164. — Rick, Broteria 21 (1924) 9; Broteria 33 (1937) 157.
Pileis solitariis vel laxe gregariis et discoideo-uniformibus, 5-10 cm diametro, margine obtusissimis, isabellinis, pulverulentis, tactu mollibus, intus concoloribus; contextu suberoso, sublignoso, pallide ligneo-

ochraceo, crasso, duro, tenace, 1-2 cm crasso; poris maiusculis, subregularibus, non vel vix angulosis; dissepimentis crassis, integris, suberoso-lentis, concoloribus.
Ad truncos emortuos.

Trametes sclerodepsis Berk. — Saccardo 6,344. — Rick, Broteria 33 (1937) 158.
Pileo maximo, 20 cm lato, vix 8 mm crasso, rigido, suberoso, dimidiato, plano, albido-cinereo, margine acuto, zonis crebris, cervinis pleto, radiato-striato rugulosoque; hymenio pallido-umbrino, convexiusculo; poris punctiformibus.
Ad truncos emortuos saepe stratosus.
In vegeto colore stramineo zonisque delicate hirsutis, non nitentibus. Polysticto occidentali similis, uti recte notat Berkeley, sed prorsus alia species, fere calva. Pulcherrima et rarissima species, quam Lloyd numquam vidit. T. regularis Lév. videtur identica.
Fungi Rickiani 19341, 19350, Serro Largo 1935.

Trametes levis Berk. — Saccardo 6,343. — Rick, Broteria 33 (1937) 156.
Laevissima, pileo crasso, ungulato, ligneo-pallido, subtiliter pubescente; 10 cm lata, 1-4 cm crassa, subzonata; poris longis, mediis aequalibus, pallidis, rotundis; dissepimentis crassiusculis. Sporis 8-10x5-6 my.
Lenzitis repandae forma trametoidea videtur, cum qua etiam T. guatemalensis Lloyd et T. transmutans Lloyd conveniunt. T. tricolor simili modo forma Lenzitis tricoloris, et T. ungulata forma L. sepiariae videntur. T. betulina in RGS quoque trametoidea apparet, descriptioni T. immutatae Berk. correspondens. Hexagonia alba ad T. laevem pertinere videtur. T. lactinea Berk. secundum diagnosin T. laevi adscribenda est.

Trametes hispida Bagl. — Saccardo 6,346. — Rick, Broteria 33 (1937) 158.
Imbricata, pileo suberoso, tenui, effuso-reflexo, pulvinato, subundulato, zonato, strigoso-hispido, fulvo, ambitu expallente, glabriusculo; poris amplis, subrotundis, obtusis, fulvo-stramineis. Sporis elongatis, 11-15x4-5 my.
Ad ligna emortua.
Cum Polysticto gregario comparanda.

Trametes farcta Lloyd, Myc. Notes 4, Fom. 226; 5,684. — Rick, Broteria 33 (1937) 159.
Fomes cereus (Berk.) Bres. — Rick, Ann. Myc. 5 (1907) 31, fungi exs. 108; Broteria 6 (1907) 87.
Poria cerea Berk. — Saccardo 6,320.
Pileo compacto, saepe concrescente, atro-brunneo, 3-6 cm lato, 2-3 cm crasso; poris mediis, contextu brunneo, firmo.
Ad truncos.
Quam Polyporus gilvus intus extusque multo obscurior. T. propinqua Speg. conferenda est.

Trametes Zollingeriana Lév. — Saccardo 6,347.
Nihil aliud est ac Polystictus versatilis, crassus, polyporoideus, tenax, minus violaceus.
Ad lignum.

Fungi Rickiani 19349, 18787, S. Leopoldo 1938. — 20560, S. Salvador 1945.

Trametes strigosa Berk.
Pileo subtenui, decurrente. 2 cm lato, velutino, zonato-sulcato, rugoso, poris mediis, griseo-brunneis, dissepimentis crassis, contextu brunneo, valde duro.
Ad lignum.
Fungi Rickiani sub. T. Curreyi Cooke, 19313, S. Leopoldo 1905.

Trametes propinqua (Speg.) — Rick, n. comb.
Fomes propinquus Speg. — Saccardo 6,186.
Pileis, dimidiatis, applanatis, deorsum inferne suboffusis, saepius lateraliter pluribus connato-continuis, 3 cm latis, 1 cm basi crassis, superne glabris, rugulosis, hinc inde minute scrupulosis, marginem versus concentrice zonato-sulcatis; cute primo tenui, molli, fulvo-fusca, subnitente, dein crustacea, dura, fusco-ferruginea; hymenio pororum oribus elliptico-angulosis, e basi radiatim elongatis, saepius maiusculis, 0,3-0,5 mm, integerrimis, carne suberoso-subfloccosa, coriacea, dura, fulvo-ferruginea, sub sectione non nitente, 3-4 mm crassa, cum hymenio continua; tubulis parietibus crassiusculis, intus ferrugineo-fulvis, nubecula pruinulosa, fulvo-carnea vestitis, plus minus elongatis, 0,5 cm longis.
Ad asseres fabrefactos.
P. gilvi videtur forma.
Fungi Rickiani 19318, 19338, S. Leopoldo 1905.

Trametes cupreo-rosea (Berk.) Lloyd, Myc. Notes 4, Fom. 226, L. 58, 7, L. 61, 7; 6, 1037, pl. 174, f. 1899.
Polystictus cupreo-roseus Berk. — Saccardo 6,273.
A T. Feei unice superficie fibris repentibus occupata porisque daedaloideis distincta.
Ad lignum.
Fungi Rickiani 18290, Caí 1939.

Trametes floccosa (Bres.) Lloyd, Myc. Notes 5, L. 67, 13; 6, 1010, 1092; 7, 1291.
Fomes floccosus Bres. — Saccardo 14, 192.
Polyyoro fumoso perfecte similis, hispidus tamen., contextu colorato, stuppeo. Sporis 12-14x6-7 my.
Ad lignum.
Fungi Rickiani 20450, S. Salvador 1943.

Trametes mexicana B. et C. — Saccardo 6,341.
Pileo ungulato, inaequabili, subtomentoso-fusco, marginem versus pallidiore, umbrino, contextu suberoso, pallido; poris non stratosis, maiusculis, subrotundis, acie obtusis, brunneolis.
Ad truncos.
Fungi Rickiani 19369.

Trametes laeticolor Berk. — Saccardo 6,340.
Pileo sessili, 5 cm lato, usque 2 cm crasso, semiorbiculari, suberoso-coriaceo, tenui, subzonato, carneo-fulvo, subpruinoso; contextu lignicolore; poris magnis, rotundis, obtusis, concoloribus.
Ad Araucariam frequens.
Aquosa, variiformis, suberosa; colore porisque facile insignis.

Trametes straminea (Pat.) Lloyd, Myc. Notes 5, L. 69, 13.
Polyporus stramineus (Pat.) Sacc. et Trott. — Saccardo 21,266.
T. stramineae nomen varios apud auctores usu venit, pro aliis tamen speciebus. Ego in Broteria 21 (1924) 9; 33 (1937) 157 T. stramineam Pat. publicavi, pileo 1 cm lato, 1 cm crasso, molli, poris parvis, subrotundis; sporis 6-8 my, piriformibus; quae forsan alia est.
Huius speciei diagnosis ex Saccardo, l.c.: Sessilis, solitaria, ungulata, postice marginata, vel dimidiata, 5-8 cm diametro, undique flavo-straminea, mollis, spongiosa; pileo convexo, adpresse strigoso; hymenio applanato, poris maiusculis angulosis, minutissime dentatis, tubulis 5-15 mm longis; sporis ovoideis, laevibus, uniguttulatis, stramineis. 10x6 my.
Fungi Rickiani 19308, 19332, S. Leopoldo 1935. — 20486, S. Salvador 1945. Qui tamen numeri sicut tota determinatio dubii manent.

Resupinatae.

Trametes isabellina Fr. — Saccardo 6,355. — Rick, Broteria 33 (1937) 156.
Irregulariter effusa, mollis, adnata, tuberculosa, confluens, obscure isabellina, margine villoso; poris primum rotundis, oblongisve, deinde versiformibus lacerisque. Sporis elongatis, 7x7 my.
Ad ramos siccos.
In RGS plerumque colore stramineo; etiam pileata.
Fungi Rickiani 19304, 19364, 19296, 19301, S. Leopoldo 1930-1940. — 19365, 19359, 19363, 20153, 20425, 22967, S. Salvador 1942-1943.
Var. **azurea** Rick, n. var.
Sicut T. isabellina, colore tamen in vegeto, subazureo, in sicco decolorante; margine tomentoso, azureo. Sporis 8-10x3-4 my, elongatis.
Ad lignum, plerumque straminea.

Trametes trabea Pers. non Otth.
Subresupinata, isabellino-violacea; poris plerumque lenzitoideis. Sporis 8-12x6-7 my.
Ad ligna.
Cum. T. trabea Otth. saepe confunditur, quae tamen forma est Lenzitis vialis et trabeae; nostra species aliquid violacea, poris longis.
Fungi Rickiani 19237, S. Leopoldo 1932.

Trametes mollis Fr. — Saccardo 6,354.
Resupinata, determinata, submembranacea, ligneo-pallens, demum fuscescens, margine demum revoluto, subtusque pubescente, umbrino; poris amplis, inaequalibus lacerisque. Sporis 10-14x6-7 my.
Fungi Rickiani 19775, Parecí 1939.

Trametes serpens Fr. — Saccardo 6,355. — Rick, Broteria 6 (1907) 90; Broteria 33 (1937) 157.
Arida, arcte adnata, primum erumpens, tuberculiformis, orbicularis. deinde confluens, alba vel straminea, ambitu determinato, pubescente; poris subrotundis angulatisve, inaequalibus, parvis, obtusis. Sporis elongatis, 16x6 my.
Ad ramos emortuos.
In RGS in vegeto straminea, ceterum autem omnino eadem.
Fungi Rickiani 19297, 19303, 19373, 19342, 19352, S. Leopoldo 1907-1943. — 19371, 20240, 19329, 22777, 22828, 22953, S. Salvador 1943. 19735, Parecí 1939.. — Aliqui forsan numeri ad T. sepium.

Trametes flavescens Bres. — Saccardo 17, 137.
A T. isabellina colore magis flavescente pileoque saepe formato distincta; dissepimentis, quoque tenuioribus. Sporis 7x3 my.
Ad lignum, sicca rubescens.
Fungi Rickiani 19294, 19295, S. Leopoldo 1932.

Trametes heteromorpha (Fr.) Lloyd, Myc. Notes 4, L. 60, 12; 5, 843, f. 1415-1419, L. 62, 8.
Lenzites heteromorpha Fr. — Saccardo 5,646.
Pileo coriaceo, effuso-reflexo, tenui, gibboso, fibroso-rugoso, albido-pallido, azono; margine inciso in laminas latissimas confertas, subramosas excurrente. Sporis 12x3-4 my, elongatis.
Ad lignum.
Fungi Rickiani 20721, S. Salvador 1944.

Trametes sepium Berk. — Saccardo 6,342.
Pileis basi effusis, reflexis, saepe lateraliter confluentibus, subtiliter tomentosis, repetite zonatis, pallide ligneis, coriaceis, quandoque in iuventute triquetris; contextu albo; hymenio pallido; poris obtusis, leviter sinuatis. Sporis 16x5 my.
Ad Eucalyptum.
T. heteromorphae videtur identica; quod idem de T. parvula Lloyd valet.
Fungi Rickiani 20554, S. Salvador 1945.

Ad Trametis formas resupinatas nota:
Trametes isabellina, flavescens, straminea, serpens valde similes; T. serpens autem sporis maximis facile insignis; T. flavescens et T. isabellina sporis quidem similes, colore autem distinctae; T. straminea sporis piriformibus evidenter separata; T. trabea azureo colore cognoscenda.

DAEDALEA Persoon.

Polyporacea poris magnis, irregularibus, daedaloideo-labyrinthicis.
Habitum habet Fomitis, Polypori, Polysticti, Poriae; qua de causa multae species in istis generibus descriptae militant.

Daedalea quercina (L.) Pers. — Saccardo 6,370.
Var. **stalactiformis** Mont. — Saccardo 6,371. — Rick, Broteria 33 (1937) 159.
Pileo suberoso, subconvexo, scabriusculo, margine zonato, sordide umbrino, usque 12 cm lato; hymenio convexo, poris flexuosis, elongatis, brunneo-umbrinis; dissepimentis in lamellas ruptis. Sporis pallidis, 12 my, sphaericis.
Ad ligna, rara, saepe resupinata minorque; Irpex Rickii Lloyd est forma resupinata irpicoidea D. Sprucei.
Fungi Rickiani 15640, 15667, 15668, S. Leopoldo 1931.

Daedalea subcoriacea (Murr.) Lloyd, Myc. Notes 5, L. 63, 13. — Rick, Broteria 21 (1924) 9; Broteria 33 (1937) 160.
Imbricata, unguliformis, submollis, suberosa, brunneo-violacea, sub-

atra, 3-8 cm lata, 1-3 cm crassa, velutina; poris daedaloideis, saepe ruptis, pubescentibus. **Sporis 8x5 my, cylindricis.**
Ad lignum admodum rara, generatim Irpici potius similis.
Fungi Rickiani 15620, 15657, Parecí, 1930-1941. — 15629, 15624, 20357, S. Salvador 1943.

Daedalea stratosa Lloyd, Myc. Notes 7, 1147, pl. 210, f. 2209. — Rick, Broteria 21 (1924) 9; Broteria 33 (1937) 160; Egatea 13 (1928) 433.
Maxima, usque 20 cm lata, 1-2 cm crassa, applanata, mollis, superficie fibroso-velutina, roseo-cervina, in sicco cervina; poris daedaloideis, tenuibus, mollibus, roseo-cervinis, stratosis; contextu pallido, stuppeo, fere nullo.
Ad lignum semel lecta.
Polysticto versatili similis, multo tamen maior, magis applanata, poris stratosis, non hirsuta. Poris lenzitoideis. Pulcherrima species.
Typus in museo Lloyd et in Museu Nacional, Rio de Janeiro, ibi autem sine nomine.

II. Pileo coriaceo.

Daedalea unicolor (Bull.) Fr. — Saccardo 6,377. — Rick, Ann. Myc. **6 (1908) 106, fungi exs. 164; Broteria 33 (1937) 160.**
Pileo coriaceo, villoso-strigoso, cinereo aut brunneo, zonato; sinulis labyrinthiformibus, flexuosis, intricatis, demum lacero-dentatis, 3-10 cm lato, 4-6 cm crasso; hymenio cinereo, generatim lamellulis dentato. Sporis 5x3,5 my.
Ad lignum frequentissima, Irpici magis quam Daedaleae similis.
Fungi Rickiani 15627, 15628, 15631, 15641, 15643, 15644, 15646, 15653, 15654, 15658, 15660, S. Leopoldo 1931-1932.
Var. **ochracea** Rick, Broteria 33 (1937) 160.
Flava.
Fungi Rickiani 15630, Africa Meridionalis.
Var. **polyzona** (Pers.) — Saccardo 6,382.
Rick, Broteria 33 (1937) 161.
Zonis innumeris.
Var. **Magnusii** Karst. Lloyd, Myc. Notes 3.451.
Hymenio solenoideo, inundatione mutato.

Daedalea Hobsoni Fr. — Saccardo 6,379. — Rick, Broteria 5 (1906) 19.
Habitu D. unicoloris, sed totus fungus flaccidus, submembranaceus, contextu tenui, albo; hymenio poroso, postice in dentes lamellares effigurato; lamellis passim transverse positis. Sporis 5-6 my.
Ad truncos.
Fungi Rickiani 15652, S. Leopoldo 1936. — 17883, Sta Maria 1935.

Daedalea stereoides Fr. — Saccardo 6,379. — Rick, Broteria 21 (1924) 9. — Broteria 33 (1937) 161.
Pileo coriaceo, lento, flexili, umbonato-adnato, utrinque applanato, obsolete concentrice sulcato, glabro, albo, pallide rufescente; hymenio intricatissimo, daedaloideo, obscuriore. Sporis 5-7x3-4 my, ovato-cylindricis.
Ad ligna frequentissima.
Generatim sordide lutescit, 2-5 cm lata, tenuis, Nullo modo alba ut Fries in dignosi scribit; sed ipse postea recte dicit colorem ligneum. In Africa semper irpicoidea, in RGS semper perfecte daedaloidea; ha-

beo tamen formam africanam e Bahia.
Fungi Rickiani 15637, 15647, 15648, 15639, 15655, 15662, S. Leopoldo 1932-1937. — 15633, 15635, 15636, 15656, 15663, 15664, Sta Maria 1936.

Daedalea pavonia Berk. — Saccardo 6,382. — Rick, Broteria 33 (1937) 161.
Imbricata, pileis reniformibus, quandoque flabelliformibus, rigidis in sicco, secus coriaceo-carnosis, vertice affixis, ligneo-pallidis, minutissime sericeis, zonis coloratis crebris, fasciatis; poris marginalibus rotundis, postice sinuatis.
Ad ligna, Polysticti versicoloris forma constans, daedaloidea.
Fungi Rickiani 15645, S. Leopoldo. — 15659, Ivo Ribeiro 1935.

Daedalea mollicula Lloyd, Myc. Notes 7,1146, pl. 209, f. 2201.
Pileo sessili, isabellino in sicco, in vegeto albo, toto molli; 1 cm lato, effuso, tenui; poris angustis, tenuibus, sinuatis; contextu lanuginoso.
Ad ligna.
Fungi Rickiani 15651, Sta Maria 1936. — 15642, 15638, 15623, 15621, Iraí 1936.

Daedalea corrugata Berk. — Saccardo 7,382. — Rick, Broteria 33 (1937) 161.
Pileo carnoso, coriaceo, zonato, longitudinaliter corrugato, glabro, pallido, 2-3 cm lato, 8 mm crasso; sinulis inaequalibus, flexuosis, margine porosis, fuscescentibus. Sporis elongatis, 8x3 my.
Ad Araucariam putridam, vegeta generatim straminea.
Fungi Rickiani 15650, Sta Maria 1935.

Daedalea latemarginata Rick, n. sp.
Membranaceo-coriacea, detrectabilis, alba, sicca valde contracta, margine latissimo, albo-membranaceo-lobato; poris primo meruiioideis, deinde profundo daedaloideis, laceratis, dissepimentis tenuibus, siccis ochraceis, rigidis. Sporis 3 my, sphaericis.
Ad lignum putridum.
Fungi Rickiani 20230, S. Salvador 1943.

Ad Daedaleas nota:
In RGS species communes sunt: stereoides, subcoriacea, unicolor.

FAVOLUS Fries.

Pileo coriaceo aut carnoso, poris latis, apum favos imitantibus, non glaucis; plerumque lateraliter pedunculato. Ab Hexagonia vix distinctus nisi glaucescentiae defectu.

Favolus europaeus Fr. — Saccardo 6,392. — Rick, Broteria 33 (1937) 162.
Pileo carnoso, lento, tenui, orbiculari, 2,5-5 cm lato, laevi, postea etiam squamoso, glabro, albido; stipite brevi, laterali; alveolis reticulatis, subrotundis. Sporis 12-14x3-4 my, hyalinis, curvis, clavatis.
Ad lignum.
Generatim ruber aut flavescens, solum cute diffracta albescens; in RGS specimina maiora numquam legi.
Fungi Rickiani 15741, S. Leopoldo 1930.
Var. **alutacea** (B. et M.) — Saccardo 6,400,

Rick, Broteria 33 (1937) 163.
Colore flavo.
Var. **micropora** (Murr.)
Rick, Broteria 33 (1937) 163.
Poris parvis.

Favolus brasiliensis Fr. — Saccardo 6,394. — Rick, Broteria 33 (1937) 163.
Pileo carnoso-lento, spathulato-obovato, glabro, laevi, albido, reticulato-papulato, caespitoso, in stipitem brevem aut elongatum hirsutum sublateralem producto, 3-12 cm lato; alveolis oblongis, obtusis, etiam tenuibus, pallidis, saepe lamellatis. Sporis 10-12x3-4 my, hyalinis.
Ad ligna putrida frequentissimus, saepe caespitoso-imbricatus.
Fungi Rickiani 15736, 15739, 15743, 15745, 15746, 15747, 15753, 15754, 15756, 15761, 15752, S. Leopoldo 1930-1933. — 15756, 15759, Marcelino Ramos. — 21121, 21152, Tupandí 1945.
Var. **fimbriata** (Speg.) — Saccardo 6,393.
Rick, Broteria 33 (1937) 163.
Margine porisque fimbriatus.
Fungi Rickiani 15738, 15760, S. Leopoldo 1939.
Var. **gigantea** (Mont.) — Saccardo 6,394.
Rick, Broteria 33 (1937) 163.
Maior, crassior, tenacior.
Fungi Rickiani 15748, S. Leopoldo 1940. — 15758, Sta Rosa, 1939.
Var. **caperata** (Pat.) — Lloyd Myc. Notes L. 58, 12.
Superficie tomentosa.
Var. **guarapiensis** (Speg.)
Flavus.
Generatim nec typus nec varietates sunt laeves, sed hicillic hirsutulae.

Favolus tessellatus Mont. — Saccardo 6,393. — Rick, Broteria 6 (1907) 91; Broteria 33 (1937) 163.
Pleuropus, in sicco fulvus, in vegeto vitreus; pileo carnoso-lento, convexo, subreniformi-orbiculato, ambitu integro, rarissime lobato, supra papuloso-tessellato, in stipitem lateralem reticulatum attenuato; alveolis magnis, hexagonis, radiantibus, acie fimbriato-denticulata; pileo 2 cm lato. Sporis 10-12x4 my, elongatis.
Ad truncos.
Forma brasiliensis varietas pusilla, uti iam Fries recte suspicatus est; pellucidus tamen generatimque solitarius. Pulcherrima species.
Fungi Rickiani 15742, S. Leopoldo 1930. — 15765, Sta Maria 1936.

Favolus cucullatus Mont. — Saccardo 6,400.
Subsessilis, pileo dimidiato, carnoso-lento, rigido, subreniformi, basi cucullato, glaberrimo, ambitu unduloso, lobato, papulato, scutatim affixo, flavo aut rubro-flavo; alveolis in vegeto non flavis, hexagonis, mediocribus, postea flavis. Sporis 15-18x10 my.
Ad lignum.
Medio dorso generatim affixus, valde tenax iam in vegeto, qua nota praeter colorem facile insignis. Faciem habet Mycoboniae flavae.
Var. **bipindenis** (P. Henn.) — Lloyd, Myc. Notes 7, 1157, pl. 222, f. 2281. Rick, Broteria 33 (1937) 164.
Velutinus (Hexagonia)
Var. **orinocensis** (Pat.)
Rick, Broteria 33 (1937) 164.
Poris parvis (Hexagonia).

Var. **Miquelii** Mont.
Rick, **Broteria 33 (1937) 164**.
Rubro-brunneus (Hexagonia).

Favolus megaloporus (Mont.) Bres.
Rick, **Broteria 33 (1937) 164**.
Polyporus megaloporus Mont. — Saccardo 6,77.
Pileo reniformi, subcarnoso, subtiliter tomentoso, fulvo, in vegeto griseo-brunneo, 5-15 cm lato, 0,5-2 cm crasso; stipite brevi, sursum dilatato, subcylindrico, velutino; cystidiis clavatis, coloratis, sparse spinosis. Sporis 12-16x5-6 my, cylindricis, hyalinis.
Ad ligna non rarus, superficie squamoso-fibrillosa in iuvenili.
Var. **Leeuwenii** (Lloyd), Myc. Notes 6,1079; 7,1194, pl. 239, f. 2416. — Rick, **Broteria 33 (1937) 164**.
Pusillus, sporis 12x4 my.

Favolus scabro-lineatus Lloyd, Myc. Notes 7,1157, pl. 222, ff. 2287, 2288.
Pileo orbiculari, spathulato, stipite laterali; superficie plana, cinerea, radiatim lineolis densis, scabrosis percursa; poris albis, rigidis, angulatis, sine cystidiis. Sporis 20x8 my, cylindricis, elongatis.
Fungi Rickiani 22584, 22938, S. Salvador 1944.

Favolus mollis Lloyd, Myc. Notes 7,1330, pl. 316, f. 3044. — Rick, **Egatea 13 (1928) 433: Broteria 33 (1937) 165**.
Habitu ut F. brasiliensis, mollior tamen, griseo velutinus, opacus, poris minoribus.
Ad lignum.

Favolus dermoporus Torrend apud Lloyd, Myc. Notes 4,554, f. 759; 5, L. 67, 16.
Superficie griseo-molli; poris latioribus profundioribusque quam in F. brasiliensi, cuius forsan varietas; Sporis 8x3,5 my.
Ad lignum.
Fungi Rickiani 15755, Marcelino Ramos 1936.

Favolus trigonus Lloyd, Myc. Notes, 7, 1332, pl. 319, f. 3063. - Rick, **Egatea 13 (1928) 433; Broteria 33 (1937) 165**.
Pileo coriaceo, nudo, laevi, deplanato, flabelliformi, griseo-fusco, margine recto, ancipiti; stipite subnullo; poris angulatis, favoloideis, fulvis, contextu concolore.
Ad ligna.
Polyporo trigono Lév. similis, sed poris Faveli; nihil aliud ac Polypori grammocephali Berk. forma obscura, magnopora.

Favolus dermatodes Berk.
Pileo coriaceo-membranaceo, integro, subcampanulato, sericeo villoso, pallido, vertice adnato, sessili; alveolis tenuibus, irregulariter hexagonis.
F. brasiliensis varietas.
Fungi Rickiani 15767, S. Leopoldo 1940.

Favolus spathulatus (Jungh.) Bres. — Lloyd, Myc. Notes 4, L. 52, 25; 7,1242. Rick, **Broteria 33 (1937) 165**.
Caespitosus; pileo 3-5 cm lato, 7 mm et minus crasso, carnoso-coriaceo, lobato, undulato, tenui, nudo, fibroso-radiato, e basi in stipitem bre-

vem attenuato; poris magnis, subhexagonis, concoloribus, pallidioribus; dissepimentis argute serratis.
Ad lignum.
A F. principe (=F. megaloporus) poris serratis, colore permanenter pallidiore, forma minore, defectu cystidiorum distinctus.
Fungi Rickiani 15735, S. Salvador 1943.

Favolus Boucheanus Klotzsch — Saccardo 6,392. — Rick, Broteria 33 (1937) 165.
Pileo carnoso-lento, plano, inaequali, laevi, dein squamoso, gilvo; stipite excentrico, brevi, tomentoso, deorsum fuscescente; poris tenuibus, demum alveolaribus, oblongo-hexagonis, dentatis, dilute aurantiacis. Sporis 12x7 my.
Ad ligna, quam F. europaeus minor submesopusque.
Lloyd hanc speciem ut Polypori squamosi formam considerat, quod tamen parum probabile.
Fungi Rickiani 15744, S. Leopoldo 1930. — 20262, S. Salvador 1943.

Favolus ciliaris Mont. — Saccardo 6,391.
Mesopus; pileo submembranaceo, lento, tenuissimo, integro, brunneo, umbilicato, tessellato, pellucido; margine ciliato; stipite centrali, concolore; alveolis subdecurrentibus, elongato-hexagonis, acie acutis, dentatis, anastomosantibus, in sicco fulvis, in vegeto pallidis.
Ad ligna rarus, a P. arculario prorsus distinctus.
Fungi Rickiani 15749, S. Leopoldo 1906. — 15766, Sta Maria 1936.

LASCHIA Montagne.

Polyporacea pygmaea, gelatinosa, stipitata aut sessilis, poris paucis, regularibus. A Rimbachia consistentia gelatinosa porisque generatim parvis distincta.

Laschia auriscalpium Mont. — Saccardo 6,405. — Rick, Broteria 5 (1906) 19; Broteria 21 (1924) 136; Broteria 34 (1938) 17.
Gregaria, pusilla, pileo tremelloideo-membranaceo, orbiculatim convexo, glabro, pallido, stipite laterali; alveolis hexagonis, concoloribus, parvis. Sporis 10x8 my, hyalinis, guttulatis.
Ad ligna.
In contextu cellulae adsunt cristatae, longae, cylindricae; glandulae insuper coloratae, numerosae, in pileo parietibusque alveolorum.
Fungi Rickiani 13951, 13952, S. Leopoldo 1939.

Laschia saccharina Pat. — Saccardo 14, 197. — Rick, Broteria 21 (1924) 11, 136; Broteria 34 (1938) 18.
Pileo albo, carnoso-coriaceo, pruinoso-pulverulento, 1-2 mm lato; hymenio glauco, concavo; poris minutis, distantibus, angulosis; dissepimentis crassis, pruinosis, integris, stipite puncto dorsali affixo, curvo, gracili, 1 mm longo, albo-pruinoso. Glandulae pallidae, globosae, in pororum contextu.
Ad lignum.
Fungi Rickiani 13953, S. Leopoldo.

Laschia Sprucei (Berk.)
Rick, Broteria 34 (1938) 18.
Favolus Sprucei Berk. — Saccardo 6,392.
Pileo albo, plano, laevi, molli, 1,5-2 cm lato; stipite 1-1,5 cm longo, tenui, laterali, poris latis, parum profundis.
Ad lignum.
Numquam legi hanc speciem; secundum Bresadola = L. Mölleri sporis subgobosis, hyalinis, 6-9x6-8 my; basidiis clavatis 20-25x5-6 my.

Laschia Friesiana P. Henn. — Saccardo 14, 197. — Rick, Broteria 34 (1938) 19.
Pileo tremelloso, membranaceo, resupinato, subreniformi, vertice affixo, in vegeto flavo, in sicco rubro-brunneo, tessellato, 0,5-1 cm lato; poris sphaericis aut angulatis, 1 mm diametro, flavis. Sporis 10-14x6 my.
Ad lignum, etiam breviter stipitata; glandulae coloratae in contextu.

Laschia coccinea Smith. — Lloyd, Myc. Notes, 5, 834.
Rick, Broteria 34 (1938) 19.
Pileo coccineo, 5-10 cm lato, papulato, laevi, inclinato; poris concoloribus, parvis, stipite 3-10 mm longo, 2 mm lato, laterali.
Ad Bambusam gregaria, non rara.
Hanc speciem pro L. auriscalpium et L. cinnabarinam habui, cum quibus forsan convenit.

Laschia pezizoidea B. et C. — Saccardo 6,406. — Rick, Broteria 34 (1938) 19.
Pileo 1-1,5 cm lato, pallido, puncto affixo, reflexo; poris parvis. Basidiis clavatis, intus granulatis. Sporis 8x6 my.
Ad ligna, poris superius spectantibus, dorso affixa; L. Goetzii P. Henn. eadem est species.
Fungi Rickiani 13945, S. Salvador 1943.

Laschia rubra Lloyd, Myc. Notes 5,836. — Rick, Broteria 21 (1924) 137; Broteria 34 (1938) 20.
Pileo 1-2 cm lato, gelatinoso, in sicco rubro; contextu hyalino, superficie plana; stipite laterali brevi; cellulis cristatis, glandulis nullis; cellulis corticalibus angularibus, coloratis.
Ad lignum, numquam a me lectum.

Laschia longicellulis Lloyd, Myc. Notes 5,837. — Rick, Broteria 21 (1924) 11,136; Egatea 13 (1928) 433; Broteria 34 (1938) 17.
Exterius L. saccharinae identica; in pilei contextu autem glandulae insunt longae, cylindricae, pallidae. Sporis 10x8 my, hyalinis.
Ad ligna, non rara, sicca autem vix visibilis.
Fungi Rickiani 13942, 20065, 20170, S. Salvador 1943.

Laschia cartilaginosa Rick, n. sp.
Pileo 1-3 mm, subsessili, cartilagineo-lento, succineo, laevi, subpapuloso, obliquo; stipite crasso, poris vix visibilibus. Basidiis cylindricis, sine cellulis cristatis et cystidiis, lanceolatis, hyalinis, raris. Sporis humidis 10 my, sphaericis.
Pileo extus corpusculis brunneo-rubris consperso. A L. rubra stipite crasso, consistentia lenta porisque distincta.

Laschia polycyphella Rick, n. sp.
Dorso affixa, alba, non papulata, vitrea, gelatinosa; poris magnis, spae-

ricis, cyphelloideis, paucis, unitis. Basidiis 30-40x15 my, clavatis, piriformibus. Cellulis cristatis eiusdem formae, aut sphaericis. Glandulis coloratis, longissimis, etiam obtuse substipitatis. Sporis sphaericis, 10 my, albis.
Ad ramum, quasi Cyphella composita.
Fungi Rickiani 21055, S. Salvador 1944: Typus. — Sub L. cinnabarir na: 13943, 13946, 13947, 13948, S. Leopoldo 1930. — 13944, S. Salvador 1943.

HEXAGONIA Fries.

Pileo coriaceo aut lignoso, poris amplis, perfecte hexagonis, saepe glaucescentibus; genus tropicale.

Hexagonia variegata Berk. — Saccardo 6,363. — Rick, Broteria 33 (1937) 162.
Pileo dimidiato, reniformi, tenui, 1-10 cm lato, 3-9 mm crasso, rigido, variegato, coloribus splendentibus, velutino-glabrescente, radiato-verrucoso, zonato; hymenio umbrino, in vetusto substramineo: poris mediis, in iuvenili glaucescentibus.
Ad truncos, pulcherrima sed rara species.
Fungi Rickiani sub H. scutata Fr.: 13662, 13669, 13672, 13673, 13674, 13679, 13680, 13680, 13684, 13687, Sta Maria 1935.
Var. **scutigera** (Fr.) — Saccardo 6, 362.
Rick, Broteria 33 (1937) 162.
Scuto affixa, sporis ellipsoideis, 10-15x8-9 my.
Var. **velutina** (Pat. et Harr.) — Saccardo 11, 98.
Rick, Broteria 33 (1937) 162.
Velutina. H. scutigerae forma, nam fungus iuvenilis velutinus, sine zonis nitentibus, in sicco rore tenui griseo conspersus; postea glabrescit, zonis nitidis. Speciem typicam solum semel legi in insula Fernandes prope P. Alegre; habeo tamen ex S. Paulo.
Fungi Rickiani 13665, S. Paulo.

Hexagonia Dybowskii Pat. — Saccardo 11, 98.
Pileo tenui, flexili, pallido; superficie rugosa, zonata, crinibus pallidioribus, densis, detersibilibus, demum laevi; poris mediis, pallidis, angulatis, parietibus scissis.
Ad lignum.

Hexagonia dubiosa Rick, n. sp.
Resupinata, membranaceo-crustosa, colliculosa, margine sulphureo, albo-fimbriato, poris mediis, angulatis, vix profundis, ex sulphureo-ferrugineo-rubris, intus diutius albis. Sporis 2,5-3,5 my, sphaericis, echinatis, coloratis.
Ad lignum.
Fungi Rickiani 13666, Parecí, 1935.

Hexagonia heteropora Pat. — Saccardo 9, 199.
Resupinata, tenuis aut crassiuscula, longitudinaliter expansa, ochraceo-pallida; margine sterili, angusto, glabro, albo; poris angulosis, integris, initio minutis, dein alveolatis; dissepimentis tenuibus.
Ad ligna.

Sporis elongatis, maximis 20x15 my, reticulatis. Est Trametes.
Var. **irpicoidea Rick, n. var.**
Dentibus longis, solidis, sporis 16x5 my.
Species inter Trametem, Hexagoniam Lenzitemque varians.

Hexagonia pergamenea B. et Br. — Saccardo 6,369.
Resupinata, margine reflexo, striato, sublanato poris mediis, glaucescentibus, rigidis; contextu pallide fulvo; tota tomento spongioso, fulvo obsita. Sporis 6-7x3-4 my.
Ad lignum.
Fungi Rickiani 18500, 18530, 13682, 19789, S. Leopoldo 1932.

PORIA Persoon.

Poris parietibus inter se iunctis, ita ut pororum stratum ininterrupte unum sit, cum in Solenia et Porothelio pori inter se aliquid parietibus non communibus separentur; nisi aliud notetur, sporae sunt hyalinae.

A. Vegetae et siccae pallidae aut albae.

a. Molles.

Poria bombycina Fr. — Saccardo 6,314.
Effusa, bombycino-membranacea, laxe adhaerens, sordide lutescens, ambitu araneoso-velutina; poris amplis, primo depressis, angulatis, totis tomento contextis, initio subrotundis, postea angulatis, flexuosis.
Sporis 5-7x3-5 my.
Ad ligna putrida.
Fungi Rickiani 18643, S. Leopoldo 1938. — 18811, S. Salvador 1942.

Poria mucida Pers. — Saccardo 6,294.
Effusa, crassiuscula, subimmersa, mollis, ex albo pallescens, ambitu indeterminato, byssino; poris mediis, inaequalibus lacerisve. Sporis 5-7x3,5-4,5 my.
Ad ligna, humida aquosa.
Fungi Rickiani 18351, S. Leopoldo 1932. — 18278, Parecí 1941. — 22561, 22555, 22558, S. Salvador 1945.

Poria bombycinoides Karst. — Saccardo 6,293.
Crassiuscula, mollissima, laxe adhaerens, ambitu byssina, alba, poris angulatis, inaequalibus, longis, mediocribus, pallescentibus, marginalibus magnis, admodum brevibus, celluliformibus, dissepimentis tenuissimis, dentatis, laceris. Sporis 5x3 my.
Ad lignum putridum.
A P. bombycina vix distinta.
Fungi Rickiani 18778, S. Leopoldo 1939.

Poria radula (Pers.) Fr. — Saccardo 6,310. — Rick, Broteria 33 (1937) 148.
Effusa, alba, e mycelio nudo, tomentoso-constipata, mollis, subtus villosa, detrectabilis, laxa; poris mediis angulatis, dentatis, novis pubescentibus, dissepimentis crassis. Sporis 3 my, subangulatis.
Basidiis clavatis, 15-20x4-5 my. Cystidiis fusiformibus, furfuraceo-conspersis, 50-60x10-15 my.

Ad ligna ramosque laxe tenaciterque contexta, sordide alba, sicca pallida.
Fungi Rickiani 18651, S. Leopoldo 1932. — 18497, Sta Maria 1936. — 18798, 20821, 22803, S. Salvador 1943-1945.

Poria subvulgaris Rick, Broteria 33 (1937) 151.
Effusa, carnosa, mollis, subcrassa, margine albo-tomentoso, poris persistenter albis, angulatis, mediis, dissepimentis tenuibus; hymenio nodoso-undato; mycelio molli, albo-gossypino, lignum intrante.
Ad lignum.
Aliud habeo specimen, ut videtur identicum, sporis 4x3 my, albis. A P. vulgari Fr. consistentia et superficie non laevi distincta.
Fungi Rickiani 18685 (Typus), 18596, S. Leopoldo 1933.

Poria gossypium Speg. — Saccardo 16, 161.
Pileis irregulariter effusis, 5-10 cm diametro, arcte matrici adnatis, mycelio crassiusculo, 2-5 mm crasso, arido, mollissimo, eximie flocculoso-gossypino, candido donatis; hymenio heterogeneo, carnosulo-molli, subfatiscente, in vivo sordide albo, in sicco pallide sordideque ochraceo; tubulis gracilibus, 1-10 mm longis, effusis, minutis, saepe mucroniformibus, plus minus poroso-connexis. Sporis 5-7 my, piriformibus.
Ad corticem.
A P. bombycina poris coloreque distincta.
Fungi Rickiani, sub P. "gossypina": 18592, 18677, S. Leopoldo 1940.

Poria vaporaria Fr. — Saccardo 6,311. — Rick, Broteria 3 (1904) 281; Broteria 33 (1937) 142.
Effusa, innata, mycelio in ligno repente, floccoso, albo; poris elongatis, magnis, angulatis, albo-pallescentibus. Sporis 4x1,5 my, curvulis, albis. Sicca pallida.
A P. Vaillantii rhizomorpharum defectu, poris sporisque distincta.
Fungi Rickiani 18486, S. Leopoldo 1936.

b. Crustaceae.

Poria incrustans B. et C. — Saccardo 6,330. — Rick, Broteria 33 (1937) 143.
Mollis, alba incrustans, mycelio gossypino, subcrassa, poris brevibus, angulatis, elongatis, tenuibus, dissepimentis tenuibus. Sporis 4,5x3,5 my, hyalinis luteolisve, asperulo-reticulatis. Sicca pallida.
Ad ligna valde putrida.
Var. **terrea** Rick, n. var.
Margine gossypino; sporis 4,5x3,5 my, asperis reticulatisque. Ad terram.
Fungi Rickiani sine varietatis distinctione: 18573, 18597, 18723, 18765, P. Alegre 1940.

Poria hypolateritia Berk. — Saccardo 6,297.
Effusa, mollis, albido-pallida, irregularis, e substrato lateritio orta, poris subaequalibus, minutis, rotundatis, dissepimentis tenuibus.
Ad lignum.
Alba, poris parvis, angulatis aut elongatis, pallidis, tenuibus; basidiis parvis, ovatis; sterigmatibus longis; sporis 3-4x3 my; cystidiis 60x10 my, hamatis, cylindricis, irregularibus, spinosis, spinis membranae horizontaliter adiacentibus.
Ad lignum profunde laeteque pictum.

Sicca alba. Non potest esse P. epimiltina propter colorem etc; substratum autem eodem modo tinctum. Forsan nova species. P. aurantiotingens Murr. eadem est species.
Fungi Rickiani 20433, S. Salvador 1943.

Poria hyalina Berk. — Saccardo 6,293. — Rick, Broteria 33 (1937) 149.
Resupinata, alba, vitrea, tenuis, membranacea, ambitu tomentosa; poris minimis, centro elongatis; dissepimentis tenuibus, poris vix visibilibus, angulatis. Sporis 3 my, sphaericis. Poris lenzitoideis, siccis stramineis.
Ad lignum.
Var. **macrospora** Rick, n. var.
Sporis maioribus; primitus ut Thelephora vitrea apparet, tenax, margine subhyalino; deinde poris per plagulas formatis, minimis, hexagonalibus; dissepimentis tenuibus Basidiis cylindricis, 10 my latis. Sporis sphaericis, 5-6 my. Sicca alba, deformis, nec tenax.
Fungi Rickiani 18624, S. Salvador 1938. — 18658, Sta Maria 1935.
Var. **byssopora** (Rick) Rick, n. comb.
Poria byssopora Rick, Broteria 33 (1937) 143.
Ad initio floccosa; macrospora; solum sicca fit floccosa.
Fungi Rickiani 18621, S. Salvador 1943.

Poria stillicidiorum Speg. — Saccardo 6,295.
Repenti-effusa, irregulariter expansa, lobata vel repanda, saepe superpositionis causa hic illic pseudo-stratosa, margine determinato nec sterili, sed obtuse rotundata, in vivo alba, tenerrima, in sicco non contracta nec diffracta, albo-pallescens vel pallidissime rubescens, opaca, rigida, fragilis, 1-2 mm crassa; poris rectis, vix obliquis breviusculis, ore rotundatis vel elongatis, minutis, regularibus, densissime constipatis, dissepimentis tenuibus, acie integris.
In stillicidiis ad terram frustula incrustans.
A P. medulla panis colore obscuriore, cinerascente distincta.
Fungi Rickiani 18555, Sta Maria 1935. — 18487, S. Leopoldo 1936.

Poria hydnopora Berk. — Saccardo 6,325. — Rick, Broteria 33 (1937) 130.
Tota resupinata, crustacea, mycelio tomentoso; poris sinuosis, dissepimentis fimbriatis, parvis; contextu vix ullo. Sporis 5-9x4-6 my.
Ad truncos; bona species, poris in sicco dentiformibus.
Fungi Rickiani 18539, Itapiranga 1932. 18496, S. Leopoldo 1936.

Poria pertusa (Pers.) Fr. — Saccardo 6,322 (P. corticola Fr.). — Rick, Broteria 33 (1937) 140.
Latissime effusa, aequabilis, firma, alba vel pallescens, sicca straminea; mycelio in stratum nudum, xylostromeum contexto; poris nudis, superficialibus, vulgo obsolete punctiformibus. Sporis 3x2 my.
Ad lignum.
Fungi Rickiani 18631, S. Leopoldo 1931. — 20801 S. Salvador 1944.

Poria geopora Speg. — Rick, Broteria 33 (1937) 152.
Vegeta et sicca alba; poris parvis, rotundis, mollibus; secus tenax. Sporis 5-6x4-5 my, subsphaericis.
Ad terram.

Poria reticulata Fr. — Saccardo 6,330. — Rick, Broteria 33 (1937) 133.
Orbicularis, fugax, tenuis, alba, margine byssino radians; poris distan-

tibus, cupuliformibus. Sporis 6-9x2,5-4 my, curvulis.
Ad corticem.
Cystidiis cylindricis, 50-60x5 my, obtusis, raris, laevibus. Pure alba, poris minus albis, reticulatis.
Fungi Rickiani 18794, S. Leopoldo 1931.

Poria calcicolor Sacc. et Syd. — Saccardo 14,192.
Resupinata, alba, crustaceo-membranacea, margine albo, cretaceo, permanenter albo, fatiscens, demum straminea; poris minimis, angulatis, dissepimentis tenuibus. Sporis 4-6x3-4 my, cylindrico-ovatis.
Ad ligna.
Inter poros immixtae partes saepe adsunt steriles, sub lente forte gossypinulae. Vegeta et sicca calcis ustae speciem omnino prae se fert.
Fungi Rickiani sub P. calcea Schw. 20336, S. Salvador 1943.

c. Callosae.
Stratum regulare, tenax; in vegeto laeves.

Poria tropicalis (Cooke)
Rick, Broteria 33 (1937) 128.
Fomes tropicalis Cooke — Saccardo 6,206.
Effusa, crassa, indurata, margine atro, sterili, alba; contextu brunneo; hymenio pallido; poris plerumque stratosis, regulariter rotundatis, velutinis, minimis, obliquis; dissepimentis crassiusculis, rigidis.
Sporis piriformibus, 6-7 my.
Ad corticem intime concrescens.
Etiam sicca alba; Fomitis obliqui varietas.
Fungi Rickiani sub Fomes tropicalis: 15776, Sta Maria 1935. — 15850, Serro Azul 1939.

Poria callosa Fries. — Saccardo 6,298. — Rick, Broteria 33 (1937) 128.
Longa, effusa, aequabilis, tenax, integra, ad corii modum mollis, separabilis, alba, ambitu similari; poris firmis, rotundis, aequalibus, integris, obtusis, parvis. Sporis 5-6x4 my.
Ad asseres.
Sicca pallida. Tenacitate et a substrato separabilitate a ceteris distincta.
Fungi Rickiani 1870, S. Leopoldo 1935. — 18488, 18695, Couto 1936. — 18797, 20171, 20283, 20573, S. Salvador 1942-1943.

Poria obducens Pers. — Saccardo 6,299. — Rick, Broteria 33 (1937) 135.
Effusa, incrustans, innata, firma, alba, tota poris minimis formata distincte stratosis; stratis annuis alutaceo-pallidis. Sporis 4-5x3 my, ellipticis.
Ad ligna.
Fungi Rickiani 18603, 18610, 18656, 18686, 18703, 18744, S. Leopoldo 1933-1939.

Poria medulla-panis (Pers.) Fr. — Saccardo 6,295. — Rick, Ann. Myc. 9 (1911) 178, fungi exs. 266; Broteria 33 (1937) 135.
Effusa, determinata, subundulata, firma, glabra, alba; ambitu nudo, submarginata, tota poris contexta; poris 0,5 mm diametro, integris, sublongis. Sporis 4x4,5 my.
Ad ligna fabrefacta.

Quamvis firma, non tenax sicut P. obducens: P. subvulgaris multo mollior.
Fungi Rickiani 18789, S. Salvador 1942.

Poria deglubens Berk. — Saccardo 6,297.
Alba, resupinata, margine ubique liberato, inflexo, elevato-zonato, nitido; poris punctiformibus, oculo nudo vix discernendis. Sporis 6-7x5-6 my.
Ad ramos.
Plagulas orbiculares aut elongatas, crassiusculas, sat firmas formans; margine stramineo; fere libera, facile secedens: poris parvis aut elongatis; interstitiis tenuibus, decolorantibus.
Poriae obducentis forma videtur.

Poria subspadicea Fr. — Saccardo 6,321. — Rick, Broteria 33 (1937) 142.
Effusa, laevigata, tenuis, ambitu byssino, albo; poris brevibus, minutis, inaequalibus, primo rore denso albicantibus, deinde fuscis.
Sporis 4-5 my longis, secundeum Quélet 8-9 my.
Ad ligna, alba etiam in sicco, ex parte autem spadicea.
Fungi Rickiani 18801, 18789, 20376, S. Salvador 1943. — 18514, Taquarembó 1936.

Poria vulgaris Fr. — Saccardo 6,292.
Late effusa, tenuis, arida, arcte adnata, laevis, alba, ambitu mox glabro, tota e poris constans firmis, exiguis, rotundis, subaequalibus. Sporis 3-6x2-3 my.
Ad ligna putrida.
De huius speciei in RGS praesentia mihi superest dubium; cum vero species sit cosmopolita, eam non omittendam censui.
Fungi Rickiani 18492, 18502, Taquarembó 1936; dubia determinatio.

d. Subcallosae.
Stratum multo tenuius, laeve, ceraceum.

Poria subviridis Rick, Broteria 33 (1937) 151.
Parvula, tenuis, villoso-bombycina, alba, innata in margine; poris reticulatis, angulatis, 0,5 mm longis, olivaceo-viridibus, maioribus; dissepimentis tenuibus.
Ad lignum nudum.
Poriae hyalinae videtur identica; cf. etiam P. viridans B. et Br.
Fungi Rickiani 18583, S. Leopoldo 1931: Typus.

Poria hibernica B. et Br. — Saccardo 6,311. — Rick, Broteria 33 (1937) 129.
Ex orbiculari confluens, late effusa, adnata, margine tenui, angusto, tomentoso; poris parvis, angulatis, tenuibus; dissepimentis rigidiusculis. Sporis curvulis, 5-6x2 my.
Ad lignum nudum.
Ab aliis similibus sporis angustis distincta.
Fungi Rickiani 18641, S. Leopoldo 1930. — 18730, Parecí 1941. — 18810, S. Salvador 1942.

Poria hirsuta Rick, n. sp.
Tenuis, resupinata, in vegeto et sicco alba, margine fimbriato-radicu-

loso; poris rotundis, vix impressis, obtusis, nudo oculo inspectis hirsutis, parvis. Sporis 6x1,5 my.
Ad lignum plagulis parvis gregaria.
Poriae hibernicae videtur varietas.
Fungi Rickiani 18644, S. Leopoldo 1931.

Poria consimilis Rick, Broteria 33 (1937) 135.
A P. medulla-panis poris minimis, dissepimentis tenuibus distincta. Sporis 4x1,5 my.
Ad ligna.
P. inconstanti Karst. sporis identica; demum flava. P. hibernicae videtur varietas microspora.
Fungi Rickiani 18588, 18676, 18679, S. Leopoldo 1932-1940. — 18758, Sta Maria 1935. — 18793, 20293, 20803, S. Salvador 1943.

B. Albae in vegeto, postea siccae in herbario decolorantes.

a. Molles.

Poria Vaillantii Fr. — Saccardo 6,312. — Rick, Broteria 33 (1937) 142.
Alba, in sicco flava, tenuis, mycelio libero, in costas rhizomorpheas membrana subunitas coeunte; poris hinc inde agglomeratis, brevibus, maiusculis, tenuibus, inaequalibus. Sporis 4-5 my, sphaericis.
Ad cortices frequens.
P. vaporariae Pers. est identica. Alba, exsiccando semper flava aut citrina. P. flavispora B. et C. ad hanc speciem referenda videtur.
Fungi Rickiani 18707, 18806, 18707, S. Leopoldo 1930-1931. — 18623, Parecí 1935. — 20050, 20221, 20556, 23127, S. Salvador 1943.
Var. **xylina** (Yasuda), Lloyd, Myc. Notes 5,630, f .895.
1 cm crassa, sporis 6-8x5 my. Ad Araucariam.

Poria radiculosa Peck. — Saccardo 6,314.
Resupinata, effusa, tenuis, mollis, aurantiaco-flava, mycelio sericeo-tomentoso, primo albo, dein flavo; poris latiusculis, angulatis; dissepimentis valde elevatis, tenuibus, fragilibus. Sporis 5-6x3-4 my.
Ad lignum.
P. Vaillantii secundum auctorem affinis; mycelio in funiculos rhizomorpheos disposito.
Fungi Rickiani 18630, 18667, 18706, Parecí 1935.

Poria Rennyi B. et Br. — Sacardo 6,316. — Rick, Broteria 33 (1937) 131.
Tenuis, primum subspumosa, demum pulverulenta, alba, exsiccatione in citrinum vergens; poris modice productis, albis, magnis, elongatis.
Ad corticem.
Dissepimentis subtenuibus. Sporis 5,5-6 my, valde regularibus, excentrice guttatis. Primitus pallida, sed etiam iam am initio flavescens et in nodulos congesta; mycelio in herbario in citrinum vergente.
Fungi Rickiani 18698, S. Leopoldo 1929.

Poria interna Schw. — Saccardo 6,293. — Rick, Broteria 33 (1937) 144.
In trunci putridi cavitates longitudinaliter penetrans, valde flexuosa, tota alba, deinde expallens, 7-10 cm lata, primum molliuscula, crassa; margine demum inflexo, tubulis saepe obliquis, longioribus; poris flexuosis, minutis. Sporis luteolis, demum echinulatis, sphaericis, 3 my.

Ad truncos valde putridis; cf. P. incrustans.
Fungi Rickiani 18515, 18531, 18534, 18549, 18649, 18655, 18738, S. Leopoldo 1932-1935. — 18786, 18790, S. Salvador 1943.

Poria velata Rick, Broteria 33 (1937) 148.
Effusa, mollis, gossypina, margine hirsuto, alba, sicca flavescens; poris in vegeto vix impressis, in sicco tegumento gossypino evanido elongatis, angulatis; dissepimentis tenuibus, laceris. Sporis sphaericis 5 my.
Ad corticem.
Recenter lecta Peniophorae similis; in sicco autem hic illic in membrana velutina pori apparent nudi et dispersi. P. leptoderma B. et Br. eadem videtur esse species.
Fungi Rickiani 18648, 18747, Parecí 1930. — 18513, 18527, Sta Maria 1936. — 18653, 20818, S. Salvador 1945.

b. Tactu sanguinolentae.

Poria sanguinolenta Alb. et Schw. — Saccardo 6, 313. — Rick, Broteria 33 (1937) 130.
Nodulosa, mox confluens, effusa, mollis, albida, tactu cruentata, ambitu byssino evanescente; poris minoribus, subrotundis, inaequalibus, demum laceris.
Ad terram.
Mea diagnosis: Alba, tactu sanguinolenta, in sicco alutacea, sporis 5-7x3,4 my.
Ad terram.
Non est P. terrestris (DC) Fr. Secundum v. Höhnel sub nomine P. sanguninolentae variae militant species; secundum Lloyd P. terrestris est P. mollicula Fr.
Fungi Rickiani 18666, 18672, S. Leopoldo 1931.
Var. **gilvescens** (Bres.) — Saccardo 21,327.
Flavescens, effusa, mollis, albida, tactu cruentata, ambitu byssino; poris mediis, in sicco solum impressis, mediocribus, irregularibus, luteoviridibus, deinde tactu sanguineis. Sporis 4-4,5x2-3 my.

Poria barbata Rick, n. sp.
Resupinata, margine barbato, exsurgens e mycelio xylostromatico, subcorticali; poris ex stipite brevi singulis separatis in stratum unicum confluentibus, mediocribus, dissepimentis tenuibus, subhyalinis, siccis stramineis. Sporis sphaerico-ovatis, cc 7 my latis, hyalinis.
Ad ramum.
Poris angulatis, 1-2 mm altis; tactu sanguinolenta. Videtur haec species, quae non est vera Poria, sed genus Podoporia Karsten (Hedwigia 1892,292) inter Poriam, Cyphellam et Soleniam ponendum. Inveni etiam plagulas disseminatas inter stratum extensum album, a plagulis colore distinctum cum poris, Grammothelio similibus. Sporae huius formas Podoporiae sanguinolentae identicae sunt. Secretan videtur invenisse hanc formam, quam cum Odontia coniunxit (Mycographie suisse 2,505), quamvis color et plagularum configuratio prorsus diversae sint.

c. Hiantes (poris maiusculis, saepe laceris).

Poria bulbosa Weinm. — Saccardo 6,311.
Effusa, inaequaliter inflata, interrupta, tenuis, fragilis, glabra, alba;

poris maiusculis, rotundis, inaequalibus, obtusis. Sporis 4-5x3 my.
Ad ligna.
Sicca rubescens. Secundum Bourdot P. calceae Fr. forma; P. bathyspora Rostk. videtur Myriadoporus.
Fungi Rickiani 18619, S. Leopoldo 1939.

Poria tulipiferae Schw. — Saccardo 6,312. — Rick, Broteria 33 (1937) 132.
Latissime effusa, albo-pallescens, arida, margine involuto, tenui; poris maximis, iregularibus, primo dentato-asperis, deinde in dentes inaequales porrectis. Sporis 5-7x2,5-3,5 my. In sicco rubescens.
Arbores integras 6-7 metrorum obducens; cf. Irpex lacteus.
Fungi Rickiani 18577, 18614, 18617, 18618, 18634, 18645, 18689, 18691, 18710, 18749, S. Leopoldo 1933-1939.

Poria dentipora Pers. — Saccardo 6,313. — Rick, Broteria 33 (1937) 138.
Late effusa, crassa, glabra, subnitida, albo-pallens, margine subfimbriato; poris densis, inaequalibus, altero margine prominentibus, dentatis. Sporis globosis, 4-5 my.
Ad ligna.
Fungi Rickiani, 18735, Sto Amaro 1936. — 18800, 20535, 20855, 22586, S. Salvador 1943-1945.

d. Colore in sicco sordide griseo.

Poria decolorans Schw. — Saccardo 6,321 — Rick, Broteria 33 (1937) 139.
Minute, sed longe lateque confluens, non effusa, sed fere totaliter affixa, margine inflexo, libero, membranaceo; primum molliuscula, alba, decolorans, deinde sordide brunnea; poris magnis, subflexuosis. Sporis 5x3,5 my, altero latere depressis.
Ad lignum, himantioidea.
Fungi Rickiani 18639, S. Salvador 1932. — 18795, S. Salvador 1943.

Poria expallescens Karst. — Saccardo 6,333.
Effusa, membranacea, tenuis, adnata, glabra, alba, siccitate sordide-subfuscescenti-pallida, ambitu similari; poris ceraceis, angulatis, mediis vel maiusculis, admodum brevibus, inaequalibus. Sporis sphaericis, 3-5 my.
Ad corticem, sicca rimosa.
Fungi Rickiani 18499, Sta Maria 1936.

e. Coriaceae, a substrato facile detrectabiles.

Poria polygramma (B. et C.) Rick, Broteria 33 (1937) 189.
Grammothele polygramma B. et C. — Saccardo 6,506.
Alba, deinde alutacea, resupinata, immarginata; sulcis brevibus, linearibus, plus minus reticulatis; coriacea, crassa, rigida, detrectabilis, cortice innata, late extensa, primo albo-velutina, deinde laevis, demum lineolis aspiformibus, lirellosis, minimis percursa; aliis hymenii partibus corticioideis. Sporis 5-6 my, albis.
Ad ligna corticesque.
Inter Grammothelen et Poriam intermedia; Stereum portentosum (Berk.) Br. forsan huc referendum. Hymenogramme microspora Rick fere eadem est species. Poria velata Rick eiusdem est pororum natu-

rae; textura tamen alia, hypochnoidea. P. collabefacta Berk. forsan identica, in vegeto flava, sporis 4 my sphaericis.
Fungi Rickiani 18601, S. Leopoldo 1928.

Poria echinospora Rick, n. sp.
Resupinata, indeterminata, coriacca, pallida, poris aspiformibus, sulcis lirellosis minimis formatis, primum membrana contigua, velutina, pallida tectis; aspis alutaceis. Sporis 6-8 my, sordide albis, valde verrucosis.
Tenuitate sporisque a Hymenogrammate polygrammate distincta.

Poria odora Peck — Saccardo 6,294.
Primo lanosa, alba, dein membranacea, detrectabilis, straminea; poris minimis, angulatis, stramineis. Sporis 5-6 my, sphaericis.
Ad ligna, olens, qua nota et perfecta detrectabilitate insignis.
Peckii diagnosis: Effusa, aequalis, 4-6 mm crassa, firma sed fragilis, uda, a matrice separabilis, alba, flavida, maculata; poris minutissimis, longis, equalibus, integris, albis, supra subiculum tenue elevatis. Odore valido, ingrato.
Fungi Rickiani 18574, S. Leopoldo 1939

Poria porothelioides B. et C. — Saccardo 6,332. — Rick, Broteria 33 (1937) 150.
Alba, effusa, membranacea, subtus, fuscescens, adnata, detrectabilis, margine sublibero, plerumque sterili; poris brevissimis, hic illic obsoletis, angulatis, inaequalibus, pallidis; dissepimentis venulosis. Sporis albis, 4-3 my, colore albo, in carneum vergente; mycelio xylostromatico.
Ad truncos valde putridos.
An Polyporo vitaceo Fr. identica?
Fungi Rickiani 18550, 18751, 18586, 18625, Sta Maria 1935.

Poria xylostromatoides Berk. — Saccardo 6,331. — Rick, Broteria 33 (1937) 150.
Tota resupinata, mycelio molli, elastico, intertexto, demum prolifero, detrectabilis; poris parvis, angulatis, acie subintegra.
Ad lignum.
Filamentis albis adnexa, quam in P. porothelioide multo minus crassis; colore in sicco ochraceo-rufo (in P. porothelioide in sicco albo-carneo); poris in sicco quoque nitidis, regularibus visibilibusque (in P. porothelioide in sicco fere nullis); sporis 5-6x4-5 my. Merulio xylostromatoideo var. chromo-rufa Rick identica; varietas in vegeto flavo-fulva, in sicco pallida.
Fungi Rickiani 18562, S. Leopoldo 1932.

Poria obliqua (Pers.) — Saccardo 6,206 (Polyporus)
Rick, Broteria 33 (1937) 129.
Coriaceo-tenax, latissime ambiens, 4-8 mm crassa, excarnis, e pallido spadiceo-nigricans, detrectabilis, ambitu erecto vulgo cincta, poris longis, minimis, obtusis, subpentagonis. Sporis angulato-piriformibus, hyalinis, 5-6x6-7 my, guttulatis.
Ad lignum, saepe stratosa.
Fungi Rickiani 18599, S. Leopoldo 1938

C. Ab initio aut demum in vegeto coloratae.

a. Iam in vegeto flavae, ochraceae aut citrinae.

Poria membranicincta Berk. — Saccardo 6,315. — Rick, Broteria 33 (1937) 143.
Effusa, tenuis, ochraceo-pallida, e strato pallidiore enata, margine lato, sterili, albo, fibroso; poris plerumque obliquis, mediis, sub-aequalibus, angulatis, dissepimentis, tenuibus. Poris fasciculatis, angulatis, subiculi partes albas nudas relinquentibus. Sporis 3-4x3 my.
Ad cortices vivas et emortuas, primo plagulas sistit separatas, deinde confluentes; saepe irpicoidea.
Fungi Rickiani 18605, 18622, 18637, 18660, 18494, 18501, Sta Maria 1935. — 17740, 18783, S. Leopoldo 1939. — 18793, 18792, S. Salvador 1942-1943.
Var. **megalospora** Rick, n. var.
Poris maximis.

Poria late-marginata Dur. et Mont. — Saccardo 6,316. — Rick, Broteria 33 (1937) 137.
Resupinata, effusa, pileo orbiculari, confluenti-extenso, alutaceo, margine latissimo, glabro, aporo, extremo ambitu byssino; poris marginalibus brevissimis, mediis longioribus, inaequalibus, angulatis, in sicco fulvescentibus; dissepimentis tenuibus, acutis, tandem lacero-evanescentibus. Sporis 4x2,5 my, hyalinis, cylindricis.
E cortice erumpens.
Poris magnis, in plagularum centro congestis. P. dryinae Fr. videtur varietas. A P. membranicincta poris ab initio flavis margineque byssino distincta.
Fungi Rickiani 18696, Sta Maria 1935.

Poria homaema Berk. — Saccardo 6,323.
Effusa, ochraceo-alba, rigida, e mycelio tomentoso- albido constipata, subtus, villosa; poris parvis, angulatis, integris, plerumque obliquis.
Ad truncos.
Mea diagnosis (quae P. aureae Peck magis consona): Primum pure albo, deinde tota ochraceo-flava, magis tamen flava quam ochracea, subiculo villoso, permanenter pallido. Sporis 5x5-6 my.
Ad corticem.
Fungi Rickiani 19757, Sta Maria 1935. — 20369, 20461, S. Salvador 1943.
Var. **pallida** Rick, n. var.
Poris pallidioribus, sporis 5-8 my, perfecte piriformibus, basidiis sphaericis, ex hypha rosariiformi breviter septata exsurgentibus.

Poria chrysoloma Fr. — Saccardo 6,313. — Rick, Broteria 33 (1937) 147.
Resupinata, suborbicularis, tenuis, arcte adnata, lutea, margine limitato, arido, villoso, aureo. Poris brevibus, mycelio tenui impositis. maiusculis, primo rotundis, deinde elongato-liriformbus. Sporis 4-5x3,5 my.
Ad corticem.
Margo in vegeto albus; diagnosis e sicco. Sicca aurea, multo magis colorata quam P. dryina, quae praeterea in vegeto carnosula, margine tamen in vegeto albo.
Fungi Rickiani 18635, 18715, 18694, S. Leopoldo 1930-1933. — 18799, 18805, S. Salvador 1943. — 18519, Sta Maria 1936.
Var. **bambusae** Rick, n. var.
Poris vix impressis; forma abortiva; ad Bambusam

Fungi Rickiani sub P. bambusarum Rick, 17570, S. Leopoldo 1932: Typus.
Var. **holoxantha** (B. et C.)
Poria holoxantha B. et C. — Saccardo 6,323.
Pallidior, poris conspicue minoribus, acutis. Ad lignum.

Poria dryina B. et C. — Saccardo 6,315. — Rick, Broteria 33 (1937) 140.
Effusa, innata, albida, demum ochracea; mycelio floccoso, albo; poris quandoque subrotundis, quandoque angulatis et inaequalibus, in stratum persistens constipatis; dissepimentis tenuibus. Sporis 4x2,5 my.
Poriam habeo omnino identicam cystidiis vero praeditam cylindricis, obtusis, echinatis, hyalinis.
Ad corticem lignaque, rara.
Fungi Rickiani 18713, S. Leopoldo 1932. — 18642, 18654, Sta Maria 1935. — 18733, Parecí 1942. — 18802, 22686, S. Salvador 1942-1944.

Poria tenella B. et C. — Saccardo 6,331. — Rick, Broteria 33 (1937) 138.
Tota resupinata, alba, tenuissima, demum ochracea, pulveracea, margine byssino-albo; poris angulatis, inaequalibus, brevibus, versus centrum confertis. Sporis 4-5x3 my, hyalinis.
Ad lignum nudum.
Irpice decumbenti Rick forsan identica. A P. hibernica dissepimentis tenuibus, poris maioribus, colore iam in vegeto flavo, sporis, consistentia arida nec carnosula distincta.
Fungi Rickiani 18709, 18568, 18540, S. Leopoldo 1930-1939. — 18804, 20204, 20784, 20858, 22353, 22850, S. Salvador 1944.
Var. **mellea** (B. et Br.)
Poria mellea B. et Br. — Saccardo 6,317.
Poris maioribus, melleis, sporis 4,5x3 my, subcurvulis, valde versiformibus.

Poria lacera Karst. — Saccardo 6,300.
Effusa, confluens, membranaceo-tenuis, mollis, axi adhaerens, alba, ambitu tenui, byssino-concolore; hymenio flavo; poris minutis, angulatis vel subrotundis, inaequalibus; dissepimentis tenuissimis, valde laceris.
Ad ligna.
Dissepimentis minus laceris exceptis, omnia quadrant P. lacerae, quae a P. mollusca colore differt: sporis 5x4 my. — Primum crustosa, dein membranacea, poris albis, demum flavis.
Fungi Rickiani 18657, Sta Maria 1935.

Poria subaurantia Berk. — Saccardo 6,324.
Effusa, subrigida, secernibilis, ochracea, demum aurantio-maculata; margine tenuiore, sterili; poris maiusculis, rotundatis, subaequalibus; dissepimentis tenuibus, acutis, integris.
Ad corticem.
In hymenio maculae aurantiaco-cereicolores.
Fungi Ricikani 18661, 19748, Sta Maria 1935.

Poria lamellosa P. Henn. — Saccardo 17,133. — Rick, Broteria 33 (1937) 130.
Robusta, extensa, flava, margine albo-lanoso, poris magnis, saepe lamellatis, latis, incisis, angulatis, lamellulis superpositis. Sporis hyalinis, 5-7x4-5 my. Gloeocystidiis in hymenio.
Ad corticem.

Bresadola novum genus Gloeotheca propter gloeocystidia posuit; sed antequam plures species similes inveniantur genus monotypicum vitandum est.
Fungi Rickiani 18708, Sta Maria 1936. — 18775, 23129, S. Salvador 1945
Var. **flavescens** Rick, n. var.
Margine bysso arborescente ornato; hymenio primo viridi-albo, dein flavescente. Sporis 4-5x3-2,5 my. Gloeocystidiis 6 my latis, crasse tunicatis, longissimis. Tactu cruenta, non tamen immediate. Vix huc pertinet; forsan melius ad P. sanguinolentam var. flavescentem ducenda.

Poria citrina Rick, n. sp.
Tenuis, citrina, margine albo-arachnoideo; poris parvis, brevibus, retiformibus, siccis irpicoideis, fimbriatissimis. Sporis sphaericis, 3x2.5 my.
Ab Irpice citrino Bres. sporis coloreque distincta. Cf. P. sulphurella Peck (Sacc. 9,190); sed species quae dubie pro P. sulphurella habetur, sporis gaudet subsphaericis, 5 my.
Ad lignum.

b. Pallidae, sed iam in vegeto flavescentes.

Poria pulchella Schw. — Saccardo 6,323. — Rick, Broteria 33 (1937) 136.
Resupinato-effusa, inaequalis, subplicata, rugosa, ambitu determinato, margine undulato-tumido, substerili; poris minutis, regularibus, angulatis, tubulis subobliquis, in superficie rugis dispositis. Sporis 4-5x3,5-4 my.
Ad lignum, primum alba, postea flavo-rubescens, dura.
Secundum Bourdot est P. medullae-panis identica. A P. fulgente Fr. colore minus rubro-flavo nec splendente distincta. Trametes serena Karst. huc referenda videtur.
Fungi Rickiani 19793, 18768, 18498, S. Leopoldo 1935. — 18611, 18671, Parecí, 1935. — 20320, 20557, 20894, 21020, S. Salvador 1943-1945.
Var. **subpulchella** Rick, n. var.
Sicut P. pulchella, sporis tamen 9 my, sphaericis.

Poria tomento-cincta B. et Rav. — Saccardo 6,324. — Rick, Broteria 33 (1937) 148.
Effusa, adnata, subrigida, ochraceo-pallida, margine subtomentoso; poris minusculis, rotundatis, aequalibus, dissepimentis crassiusculis, acutis. Sporis 4-5 my, piriformibus.
Ad corticem.
Poris mediocribus, crassis; P. medulla-panis non est synonyma, uti vult Murrill.
Fungi Rickiani subt P. "tomentoso"-cincta: 18541, 19543, 18620, 18768, S. Leopoldo 1930-1935.

Poria luteo-alba Karst. — Saccardo 6,299.
Effusa, separabilis, glabra vel subglabra, immarginata, luteo-alba, subiculo tenuissimo, membranaceo, fluente; poris inaequalibus, rotundatis, tenuibus, demum saepe angulatis vel sublaceris, minimis, 2 mm longis, lutescenti-albis. Sporis elongatis, 3-6x2 my.
Ad Araucariae corticem longe extensa.
Secundum Bourdot P. calceae forma; cf. P. hibernica.
Fungi Rickiani 18729, Parecí 1941.

Poria ambigua Bres. — Saccardo 14,189. — Rick, Ann. Myc. 9 (1911) 179, fungi exs. 268; Broteria 33 (1937) 131.
Latissime effusa, margine superiore saepe inflato, reflexo, alba, demum stramineo-isabellina, subiculo membranaceo, arcte adnato, albo; tubulis ut plurimum obliquis, hinc inde nodulose congestis, 8 mm longis; poris maiusculis, angulatis, demum dentato-laceris. Sporis hyalinis, obovatis, 5-8x3-3,5 my. Basidiis clavatis, 18-20x6-8 my. Cystidiis fusoideis, apice muricellatis et demum laevibus, 24-30x6-8 my. Hyphis subhymenialibus tenuiter tunicatis, septatis, 3-4 my latis.
Ad truncos, inter Poriam Irpicemque mutans.
Fungi Rickiani 20046, 20613, 20863, 20874, 22869, S. Salvador 1943-1945.

Poria collabefacta B. et Br. — Saccardo 6,331. — Rick, Broteria 33 (1937) 144.
Stratum glaberrimum Corticio simile conformans; poris veluti ex contextus collapsu emergentibus, semper superficialibus, margine obtuso. Sporis sphaericis, 4 my, hyalinis.
Ad ligna.
In vegeto flavo-fusca, stereoidea, poris demum in herbario apparentibus.
Fungi Rickiani 18721, 19557, S. Leopoldo 1905-1932.

Poria hymenocyrtis B. et Br. — Saccardo 6.314. — Rick, Broteria 33 (1937) 143.
Subtus nivea, margine arachnoideo, albo-flavescens; poris latis, tenuibus, dissepimentis rugosis, collabentibus, demum pallidis.
Ad lignum.
In vegeto albo-flavescens; dissepimentis hirsutulis. Sporis 4x3 my.
Mihi manet dubia.
Fungi Rickiani 19628, 18766, 18775, S. Leopoldo 1932-1939.

Poria polycystidifera Rick, n. sp.
Resupinata, colore alutaceo, membranacea, margine nullo; poris nudo oculo invisibilibus; angulatis; dissepimentis tenuibus; cystidiis numerosis, cylindrico-capitatis, longe stipitatis, capitulo 8-15 my, rugoso, hyalinis. Sporis ellipticis, 4x2,5 my, hyalinis.
Ad corticem.
Cf. P. semitincta Peck (poris magnis) et P. setosa Murr.
Fungi Rickiani 22630, S. Salvador 1944.

c. Poris fulvis aut brunneis aut cinnamomeis.

Poria Blyttii Fr. — Saccardo 6,307. — Rick, Broteria 33 (1937) 151.
Effusa, tenuis, adnata, membranacea, laete cinnamomea, margine subnudo, pallidiore; poris minimis, confertis, regularibus, persistentibus. Poris 4-5x3-3,5 my.
Poris quam in P. aneirina multo minoribus; species Friesiana pro parte, Fungi Rickiani 18726, Parecí 1942. — 18604, 18745, S. Leopoldo 1907-1930.

Poria cupora Karst. — Saccardo 6,297. — Rick, An. Myc. 9 (1911) 177, fungi exs. 242.
Poria Blyttii Fr., var. cupora (Karst.) Rick, Broteria 33 (1937) 151.
Resupinata, tenuis, adnata, submicans, ambitu primo byssaceo, contextu albo, margine demum libero; poris minutis, brevibus, testaceo-luteis.

Fungi Rickiani 18598, Serro Azul 1935. — 22791, S. Salvador 1945.
Var. **fulgens (Rostk.) Rick, n. comb.**
Poria fulgens Rostk. — Saccardo 6,297.
Poris minutissimis, quam in P. eupora typica (in qua sunt testaceo-flavescentes) multo magis ferrugineis; margine albo-fibrilloso. Sporis 5x4 my. Poria eupora Poriae Blyttii videtur varietas.
Fungi Rickiani 18524, Parecí 1935.

Poria aneirina Sommerf. — Saccardo 6,314. — Rick, Broteria 33 (1937) 132.
Effusa, tenuis, subinnata, ambitu byssino, alba, poris amplis, ceraceis, angulatis, parum profundis, fulvescentibus, laevibus. Sporis 4-5x3,5 my, secundum Bresadola 5-6x3,5-4 my.
Ad corticem et ligna.
Fungi Rickiani 18645, Parecí 1935.

Poria oxydata B. et C. — Saccardo 6,328. — Rick, Broteria 33 (1937) 141.
Effusa, immarginata, butyraceo-mollis, hymenio rufo, ex parte albo; poris brevibus, minutis, dissepimentis crassis, obtusis, angulatis. Sporis 4x2,5 my.
Ad corticem, sicca valde scissa; pulchra et rara species.
Fungi Rickiani 18609, S. Leopoldo 1930. — 21166, S. Salvador 1945.

Poria albo-fulva Rick, n. sp.
E mycelio albo orta, sat crassa, alba, demum pallide fulva; poris parvis, angulatis, nudo oculo conspicuis, irregularibus, dissepimentis tenuibus; margine hirsuto permanenter albo.
Ad corticem.
P. Rostafinskii et P. albo-fulva inter se valde similes; p. albo-fulva autem multo crassior et in vegeto vere sulphurella.
Fungi Rickiani 18585, S. Leopoldo 1940.

Poria Rostafinskii Karst. — Saccardo 6,298. — Rick, Broteria 33
Effusa, adnata, arida, ex albo lutescens, margine strigoso, tenui; poris mediocribus, rotundis, subinaequalibus, dissepimentis tenuibus, subfimbriatis. Sporis 4x3,5 my.
Ad corticem.
Fungi Rickiani 18510, Sta Maria 1936. — 18522, S. Salvador 1936. — 18591, S. Leopoldo 1933. — 18539, Parecí 1931.

Poria subfusco-flavida Rostk. — Saccardo 6,325.
Confluendo late effusa, tenuis, coriacea, margine arachnoideo-albo-flavido, fulva, margine tenui, albo-byssino, determinato; poris minutis, irregularibus.
Ad ramos.
Fungi Rickiani 18594, S. Leopoldo 1939.
Var. **tenuissima Rick, n. var.**
Ab initio non alba, margine arachnoideo, albo-flavido, ex plagulis demum connatis formato; poris nudo oculo non conspicuis, rotundis, obtusis.

Poria subliberata B. et C. — Saccardo 6,297.
Ochraceo-fulva, margine tenui liberato, poris minutis, elongatis, angulatis, nitide brunnea, dissepimentis tenuibus, subintegris, pruinatis. Sporis 4x3 my.
Ad corticem.

P. chrysolomati similis, sporis tamen minoribus; rimosa, per frustula decidua, substratum relinquens tenue, villosum, album. **Vix albo-marginata; poris quam in P. chrysolomate minoribus.**
P. chrysoloma, sublibera, homaema, pulchella, fulgens, eupora, aneirina inter se maxime pororum magnitudine et consistentia distingui debent: P. eupora, aneirina et Blyttii in vegeto carnosulae, ceterae iam in vegeto sicciores; P. dryina in vegeto mollior et carnosa; P. eupora, aneirina, Blyttii, fulgens inter se connectuntur, sicut P. chrysoloma, homaema, dryina, membranicincta, late-marginata et Rostafinskii.
Fungi Rickiani 18574, S. Leopoldo 1939.

C. Poris laete coloratis, non tamen simpliciter flavis nec ochraceis, nec ferrugineis, nec cinnamomeis.

a. Poris violaceis.

Poria azurea Rick Broteria 33 (1937) 149.
Resupinata, membranacea, tenuis, margine azurea; poris primo azureis, brevibus, rotundis, magnis, deinde decolorantibus, fusco-griseis, longioribus; dissepimentis crassis.
Ad lignum.
Primum adest status gonidialis "Reticularia venosa", gonidiis reticulatis, 10 my, asperis.
Fungi Rickiani 18693, S. Leopoldo 1930.

Poria pavonina Bres. — Saccardo 14,188 — Rick, Broteria 33 (1937) 131.
Late effusa, coriacea, adglutinata, viridi-pavonina, expallens, margine obsoleto, subiculo nullo, tubulis brevibus, 1 mm longis, poris parvis subangulatis. Sporis 6x4 my.
Ad lignum.
A P. carneola Bres. maiore firmitate, poris minoribus, sporis non cuneatis distincta.
Fungi Rickiani 18718, 18631, 18670, S. Leopoldo 1932-1936. — 18629, Parecí. — 18739, 18762, 18832, 20132, S. Salvador 1936-1942.

Poria carneola Bres. — Saccardo 14,188. — Rick, Broteria 33 (1937) 133.
Late effusa, carnosa, subiculo membranaceo, alutaceo-pallido, margine tomentoso, albo-lilacino, tubulis brevibus, interruptis, saepe obliquis; poris mediis, subrotundis vel angulatis, variantibus, luride carneis, hinc inde lilacino-tinctis, demum carneo-pallentibus. Sporis 6-8x3-4 my, cuneatis. Hyphis subhymenialibus 3,5-5 my.
Ad corticem.
Tactu sanguinolenta. P. carneolam cum P. pavonina saepius forsan confudi.
Fungi Rickiani 18670, 18615, 18640, S. Leopoldo 1930-1932. — 20547, 20573, S. Salvador 1943-1945.

Poria graphica Bres. — Saccardo 14,188. — Rick, Broteria 33 (1937) 134.
Late effusa, tenuissima, lilacino-carnea, margine rubello, subiculo nullo, tubulis vix 2 mm longis. Sporis elongato-sinuosis, variis; dissepimentis tenuissimis.
Ad ligna.
Ego hanc speciem non legi; P. pavoninae videtur forma.

Poria carneo-pallens Berk. — Saccardo 6,302. — Rick, Broteria 5 (1906) 16; Ann. Myc. 9 (1911) 178, fungi exs. 258; Broteria 33 (1937) 140.
Tota tenuis, carnea usque alba, margine obsoleto, poris minutis, dissepimentis tenuissimis, angulatis, 0,25 mm longis. Sporis 4x3 my.
Ad truncorum basin.
Fungi Rickiani 18674, Parecí 1935. — 20547, S. Salvador 1945.

b. Poris carneis.

Poria salmonicolor B. et C. — Saccardo 6,318. — Rick, Broteria 33 (1937) 144.
Tota resupinata, e mycelio albo orta; poris primum roseo-aureis, minimis, longis, exsiccando nigrescentibus; tota carnea, compacta. Sporis 3x2 my.
Ad corticem.
Contextu sicco pallido, flavescente; poris intus obscurioribus, contextu fere cervinis, extus siccis atris durisque. Cf. P. albo-cincta C. et M.
Fungi Rickiani 18699, Nova Petropolis 1907. — 18646, 18722, Parecí 1935. — 18684, S. Leopoldo 1933. — 21054, 21053, 21159, S. Salvador 1945.

Poria lignosa (Kl.)
Polyporus lignosus Kl. — Saccardo 6,146.
Resupinata, orbicularis, crassiuscula, uda, dura, stratosa, saturate carnea sicca, fuscescens, ambitu determinato, sterili, glabro; poris minutis, integerrimis. Sporis 4-8 my, sphaericis. Sicca dura, contracta.
Fungi Rickiani sub. P. placenta Fr. 19629, 19788, 19795, S. Leopoldo 1905-1929.

Poria pyrrhopora Dur. et Mont. — Saccardo 6.318. — Rick, Broteria 33 (1937) 145.
A P. salmonicolore poris non adeo carneis, rubris, griseo-conspersis rigidioribus distincta; sporis omnino similibus; coriacea, dura, detrectabilis, in herbario non nigrescens.
Ad lignum putridum.
Fungi Rickiani, S. Leopoldo 18569, 18582, S. Leopoldo 1932. — 18714, Porto Alegre 1940.

c. Colore laete flavo aut melleo.

Poria laetifica Peck. — Saccardo 6,300.
Var. **crassa** Rick, Broteria 33 (1937) 145.
Mollis, crassa, firmiter adnata, non membranacea, aurea; poris parvis, subrotundis, ore obtusis, margine leviter subtomentoso-flavido. Sporis subsphaericis, hyalinis, 3-4 my.
Ad lignum, superficie vetusta et sicca saepe grumosa.
Fungi Rickiani 18576, S. Leopoldo.

Poria ramentacea B. et Br. — Saccardo 6,315.
Var. **epipolyporea** Rick, Broteria 33 (1937) 149.
Suborbicularis, margine albo-tomentoso, arcte adnata; poris melleis, subhexagonalibus, dissepimentis rigidis, tenuibus, acutis. Sporis 2-2,5 my, luteolis.
Ad Polyporum, gilvum, rarissima.
Fungi Rickiani 18668, Parecí 1936.

Poria tenui-sulphurea Rick, n. sp.
Tenuissima, innata, margine primum albo; poris retiformibus, centra-

libus parvis, elongatis, dissepimentis tenuibus, colore sulphureo. Sporis 3x2 my.
Ad corticem.

e. Poris caesiis aut quomodocumque griseis aut coccineis.

Poria coccinea Rick n. sp.
Subiculo bombycino, albo; poris rotundis, rubris, deinde elongatis, parvis, subobtusis, in elongatis tenuibus, superficialibus. Basidiis mediis. Sporis 5x3 my, cylindricis.
Ad corticem, exsiccando pallida.
In hyphis saepe adsunt quasi cystidia alba, cylindrica, 9 my lata, curva.

Poria suberis Dur. et Mont. — Saccardo 6,320. — Rick, Broteria 33 (1937) 152.
Resupinata, effusa, confluens, plana aut pulvinata, pileo adnato, ambitu tandem sublibero; poris mediocribus, e cinnamomeo spadiceis, rotundis, angulatis, elongato-sinuosis, ore acutis, glauco-pruinosis, pubescentibus, quam in P. viticola minoribus.
Ad ramos decorticatos.
Fungi Rickiani 18736, Parecí 1936. — 18491, 18552, Sta Maria 1936.

Poria superficialis Schw. — Saccardo 6,320. — Rick, Broteria 33 (1937) 152.
Tenuis, sicca ferrugineo-cinerascens; poris superficialibus, saepe fere nullis, latiuscule prominulis, sublaceratis, parvis, sed elongatis, subconfluentibus.
Ad corticem.
Subiculi partibus aporis oleose splendentibus; sec. Fries est P. viticola, cuius sporae 6x3,5-4 my.

Poria Sallcana Berk. — Saccardo 6,305. — Rick, Broteria 33 (1937) 136.
Effusa, membranacea, margine pallida, lanoso, fibroso, sterili; hymenio fumoso-fuligineo vel cinereo; poris brevibus, rotundato-angulatis, subaequalibus, minimis; dissepimentis integris, tenuibus.
Ad corticem.
P. caryae similis, obscurior tamen sporisque diversis, 3x2,5 my. P. vitreae Pers., quam in Broteria 33 (1937) 145 citavi, videtur identica.
Fungi Rickiani 18684, S. Leopoldo 1923.

Poria bathypora Rostk. — Saccardo 6,334. — Rick, Broteria 33 (1937) 130.
Effusa, alba, ambitu tenui, byssino; poris maiusculis, cyathiformibus, dentatis. Sporis 4-6x3-3,5 my.
Ad lignum.
Ex errore dicitur stratosa (de Myriadoporo, poris etiam internis), sed descriptio ceterum bene quadrat. Fungus vegetus caesio-albus, siccus fuscus, deformis. Myriadoporus.
Fungi Rickiani 18512, S. Leopoldo 1932. — 18538, 18638, Cruz Alta 1935.

Poria caryae Schw. — Saccardo 6,306. — Rick, Broteria 33 (1937) 135.
Junior tuberculosa, elevata, interrupta, substantia spongioso-tomentosa, margine sterili saepe tumido, subindurescens; tubulis brevibus, pa-

rietibus crassisusculis; poris minoribus, subrotundis, flexuosis, interdum regulariter effusis, interdum in tubercula elevatis. Sporis 5x4 my, altero latere depresso.
Ad ligna, initio livido-alba, exsiccando saturate grisea; in inferiore parte truncorum ad humum iacentium.
Fungi Rickiani 18567, 18590, 18776, S. Leopoldo 1932-1939. — 20526, S. Salvador 1946.

Poria caesio-alba Karst. — Saccardo 6,305. — Rick, Broteria 33 (1937) 129.
Coriaceo-membranacea, suborbicularis, subinde confluens, secernibilis, alba, margine latiusculo, tomentoso-candido; poris inaequalibus, variis, rotundis, oblongatis, angulatis, nonumquam laceris, exiguis, brevibus, caesio-albis, siccis expallentibus, maiusculis; dissepimentis tenuissimis. Sporis subellipticis, hyalinis, 5-6x2-3 my.
Ad corticem, in vegeto carnosa, sicca alutacea usque brunnea; sporis 3-5x3-3,5 my.
Fungi Rickiani 18719, 18711, 18659, 18769, S. Leopoldo 1931-1939. — 22784, S. Salvador 1945.

Poria subcanescens Rick, n. sp.
Resupinata, argillacea, exsiccando pallide cinnamomea; subiculo tenui, lanoso; margine griseo, farinoso; subtus membrana pallidiore, suboleosa, facile detrectabili; poris angulatis, inaequalibus, elongatis, laceris. Sporis 3-4x1,5 my, hyalinis.
Ad corticem.
Fungi Rickiani sub P. argillacea 18545, S. Leopoldo 1933: Typus.

Poria subargentea Speg. — Saccardo 11,94.
Pileo repando-effuso, undulato-rugoso, subcrustaceo-rigidulo, arcte adnato, vix albo-marginato, hymenio cinereo-argenteo; poris minutis, constipatis, angulosis, dissepimentis acie integris.
Ad cortices, Polysticti sectoris forma porioidea.
Fungi Rickiani 18548, S. Leopoldo 1939.

Poria cinerescens Bres. — Saccardo 16,161. — Rick, Ann. Myc. 9 (1911) 178, fungi exs. 263; Broteria 33 (1937) 133.
Ex albo-cinereo lilacina, dein cinereo-fumosa, margine primitus lato, sterili, albo-tomentoso, dein evanido et vix linea limitato; tubulis usque 0,5 mm longis, interdum substratosis; poris variabilibus, initio magnis, bene evolutis mediocribus, subrotundatis vel oblongis, saepe irregularibus intermixtis, acie pruinoso-tomentosa; mycelio copioso, in lignum irreptante, albo-tomentoso. Sporis subcylindraceo-curvulis, hyalinis, biguttulatis, 5-6x2-2,5 my.
Ad lignum et corticem Araucariae.
Auctor eam P. subfusco-flavidae affinem dicit, a qua tamen colore, poris etc. distincta.
Fungi Rickiani 18592, S. Leopoldo 1905.

Poria subhexagonioides Rick, Broteria 33 (1937) 133.
Effusa, arida, umbrino-cinerea, glauca, margine contextuque ferrugineis; poris amplis, subhexagonis, intus tomentosis, glaucis, dentatis, vix profundis. Sporis hyalinis, 4-6x3-4 my, biguttulatis.
Ad ramos.
Probabiliter Hexagoniae pergameneae Fr. identica.

Poria hexagonioideis Speg. — Saccardo 16,160.
Pileis primo orbicularibus, deinde latissime effusis saepeque confluen-

tibus, 2-25 cm latis, matrice arctissime adnatis, superne convexis vel vix undulatis, margine angusto, acuto, albo, non reflexo nec libero limitatis, contextu arido, coriaceo, ex albo-pallescente, tenuissimo, 0,2 mm crasso, poris e rotundato obscure hexagonis, 1,5-2 mm diametro, umbrinis, intus pallidioribus vel cinerascentibus, integris; dissepimentis plus minus elevatis, 2-5 mm longis, in pileorum centro crassiusculis; contextu continuis, acie pallidioribus, obtusis vel acutis, integris vel denticulatis.
Ad ligna.
Fungi Rickiani 18772, S. Leopoldo 1935.

Poria fumosa Bres. et Pat. — Saccardo 17,132. — Rick, Broteria 33 (1937) 139.
Late effusa, griseo-fumosa, subiculo spongioso-membranaceo, 0,5 mm crasso, ambitu tomentosulo, sterili; tubulis 1 mm longis; poris minutis, subrotundis vel angulatis, saepe e situ oblique oblongis; hyphis 3-4 my crassis. Sporis obovato-subangulatis vel semilunatis, 4x2,5-3 my.
Ad ramos, exsiccando ex parte cerea.
Fungi Rickiani 18673, S. Leopoldo 1932. — 18809, S. Salvador 1943.

Poria bicolor Bres. — Saccardo 23,431.
Tenuis, rigida, 0,3 cm crassa, in ramis late effusa, arcte adnata, margine et stromate basali aurantiaco-lutea, brunnescens; poris griseo-argenteis, aetate fuscescentibus, rigidis, denticulatis, erectis, angulatis, irregularibus, 2-3 pro mm²; hyphis subhymenialibus luteis, ad septa unilateriliter nodosis; spinis subhymenialibus brunneolis, 70-100 my longis, basi 8 my latis.
Fungi Rickiani 18533, Sta Maria 1936.

Poria micantissima Rick, n. sp.
Resupinata, pulvinata, 4 cm crassa, 10 cm extensa, margine tenui subfulvo, integro; subiculo parco, grumoso, albo-sulphureo; mycelio lignum tingente; poris griseis, argenteo-vibrantibus, orificiis minimis, acutis; tubulis 1 cm longis, brunneis, intus poriferis reticulatisque; setulis non prostantibus, in tubulorum contextu inclusis, brunneo-atris, 200x12-15 my, acutis. Sporis 8-10 my et quod superest, hyalinis, sphaericis, etiam concatenatis (probabiliter chamydospori).
Ad Nectandram caesam.
Cf. P. Weirii Lloyd, cui forsan identica. Intus prorsus ul Polyporus Rickii Pat., qui vero siccus est fragilis pileatusque. Elastico-tenax, sine dubio Myriadoporus. Lloyd pro huiusmodi formis novum proponit genus.
Fungi Rickiani 20691, S. Leopoldo 1944.

F. Poris brunneis aut ferrugineis.

Poria umbrinella Bres. — Saccardo 14,189. — Rick, Broteria 38 (1937) 146.
Late effusa, subiculo fere nullo, tubulis 5-8 mm longis, albo-farctis, umbrino-fuscis, poris minimis, subrotundis, luteo-umbrinis, acie obtusa. Sporis luteis, subglobosis, 3-4x3 my.
Ad ligna; Fomiti resupinato videtur identica.
Fungi Rickiani 18683, S. Leopoldo 1940. — 18773, Parecí 1940. — 22894, S. Salvador 1944.

Poria palmicola B. et C. — Saccardo 6,326. — Rick, Broteria 33 (1937) 147.

Suborbicularis, flavo-ferruginea, margine tomentoso sterili, poris mediis, demum sinuatis, dissepimentis obtusis, acie tomentosis. Sporis 3 my, echinatis, luteolis.
Ad palmam.
Subiculi color flavo-ferrugineus, pororum cinnamomeus, ore griseo-velutino. Secundum Murrill sporis laevibus, quod in meo specimine non sunt.
Fungi Rickiani 18626, S. Leopoldo 1932. — 20256, S. Salvador 1943.

Poria cryptacantha Mont. — Saccardo 6,329. — Rick, Broteria 33 (1937) 147.
Effusa, interrupta, ambitu ferrugineo-byssino; poris tenuibus, superficialibus. ex orbiculari-elongatis, acie acutis, cinnamomeis. Sporis 4x3 my.
Ad lignum nudum, mycelio primum aureo-spumoso, in lignum intrante.
Fungi Rickiani 18627, 18551, 18564, S. Leopoldo 1930-1932.

Poria acupunctata (B. et Br.) Rick, Broteria 33 (1937) 146.
Fomes acupunctatus B. et Br. — Saccardo 6,207.
Effusa. limitata, pallide umbrina, crassa. intus ferrugineo-lignosa; poris obliquis, minimis, stratosis, margine sterili. Sporis 6-8 my, sphaericis, luteolis.
Ad lignum.
Vegeta ferruginea. A P. chromatica sporis distincta. Berkeley tres species diversas hoc nomine vocavit, quod tamen pro hac specie reservo.
Fungi Rickiani 18489, Taquarembó 1936. — 18731, S. Leopoldo 1940.

Poria bambusarum Rick, Broteria 33 (1937) 146.
Resupinata, plana, dura, margine lato aut brevi, fulvo-flavello, adnata, crustacea; poris minutis, saepe elongatis, densis, ferrugineis. Sporis globosis, 4-6x3-5 my.
Ab Bambusae culmos putridos, a speciebus similibus poris elongatis distincta; saepe lopharioides.
Fungi Rickiani 18570, S. Leopoldo 1932.

Poria contigua (Pers.) Fr. — Saccardo 6,328. — Rick, Broteria 33 (1937) 146.
Effusa, crassa, firma, submarginata, iunior cinnamomea. margine primitus villoso; poris maiusculis, aequalibus, obtusis, integris, setis praeditis. Sporis 4-5 my.
Ad ligna, mycelio flavescente.
Propter sporarum exiguitatem de huius speciei identitate dubito.

Poria levigata Fr. — Saccardo 6,326. — Rick, Broteria 33 (1937) 145.
Late effusa, coriaceo-rigida, determinata, sed non marginata, adulta secedens, laevis, glaberrima. cinnamomea, subtus cute rigida vestita; poris minimis, rotundis, sphaericis, integris. Sporis 3-4 my, coloratis.
Ad ligna.
A P. contigua crusta inferiore, superficie laevi, sporis minimis distincta.
Fungi Rickiani 18493, 18505, 18532, S. Leopoldo 1936.

Poria vestita Rick, n. sp.
Resupinata, 2-3 mm crassa, margine dense strigoso, gossypino, fulvo, poros paulatim obducens, crustosa; poris obscure brunneo-cinnamomeis, obtusis, velutinis, rotundis, vix visibilibus.

Ex plagulis rotundis videtur exorta, gossypino-marginatis, inter se concrescentibus ita ut in hymenio totali tegumen permeat dissitum, fulvo-gossypinum. Non multum a P. orbiculari Berk. distincta, sed poris vix sinuosis nec dentatis.
Fungi Rickiani 18490, Sta Maria 1936.

Poria cinnamomea Rick, Broteria 33 (1937) 129.
Effusa, margine sterili, velutino-fulvo, deinde nudo; poris parvis, in margine primum albis, deinde brunneis, maioribus; dissepimentis tenuibus, cinnamomeis. Sporis 7x4 my, lateraliter apiculatis.
Ad lignum.
Fungi Rickiani 18606 (Typus) 18662, Parecí 1935. — 18782, 18687, S. Leopoldo 1939-1940.
Var. **dupla** Rick, n. var.
Subiculo alutaceo, poris mediocribus, brunneo-cinnamomeis, angulatis, incisis, dissepimentis tenuibus, facile deciduis, in subiculo pororum angulatorum impressionem relinquentibus. In ceteris sicut typus.

Poria fulvo-badia Pat. — Saccardo 14,191.
Tota resupinata, a matrice inseparabilis, effusa, fulvo-badia, tenuis, margine sterili, ampliato, pallide ochraceo, tenui, membranaceo, 1 cm circiter lato, tubulis brevibus, 0,3 cm longis; poris sub lente tantum conspicuis, angulosis vel rotundatis, 70-90 my diametro; dissepimentis tenuibus, integris; cystidiis hyalinis, cylindricis, apice obtusis, saepe incrustatis, 20-40x10-18 my. Sporis in meo spcimine 3x3,5 my. hyalinis.
Ad lignum vetustum.
Fungi Rickiani 18556, 18516, 18561, Sta Maria 1935.

Poria cavernulosa Berk. — Saccardo 6,324. — Rick, Broteria 33 (1937) 138.
Tota resupinata, rigidiuscula, sordide cervina, centro obscuriore, margine brevi, tomentoso; poris mediis, angulatis, acie rigidis. Sporis 4-5x2,5-3 my, irregularibus, argillaceis.
Ad lignum nudum et corticem.
Margine albo, ceterum brunnea, in griseum decolorans; poris saepe in nodulos congestis, intus setulosis, valde proteiformibus. Secundum Murrill Polysticti versatilis Berk. typus; cum meum speciem a P. versatili multum differat, dubia manet determinatio.
Fungi Rickiani 18700, 18692, S. Leopoldo 1937.

Poria chromatica Bres. et C. — Saccardo 6,326 — Rick, Broteria 33 (1937) 141.
Effusa, citrina, poris obliquis, minutis, integris; contextu parco, 1 cm crasso; margine aureo-tomentoso, crasso; lignea, poris parvis, longis, subrotundis, aureis et tandem saepe atro-ferrugineis, in vegeto eximie micantibus. Sporis 4x3 my, luteolis.
Ad corticem.
Margine semper citrino. P. obliquae forma, non autem colore similis. Cf. P. lucens (Wettst.) Sacc. et P. inermis E. et E.
Fungi Rickiani 18503, 18584, 18507, S. Leopoldo 1939. — 18724, 18725, Parecí 1940-1941. — 18770, 18788, 20087, S. Salvador 1942-1943.

Poria Rickii Bres. — Saccardo 23,429. — Rick, Broteria 33 (1937) 141.
Late effusa, luride fulvella, margine fimbriato, sterili, demum evanido; mycelio sulphureo-tomentosulo, in cortice mucido reptante; subiculo tenui, 0,5-1 mm; tubulis 3-4 mm longis; poris micantibus, subro-

tundis, demum subangulatis, minimis, 7-8 pro mm². Sporis flavidulis vel subhyalinis, 3,5-4x2,5-3 my; setulis hymenii fulvis, ventricoso-cuspidatis, 15-20x7-8 my; hyphis contextus tubulorum citrinis, 2,5-5 my, generatim 3-3,5 my.
Ad lignum.
A P. umbrinella Bres. mycelio sulphureo, sporis vix coloratis setulisque distinguitur. P. chromatica e P. Rickii parum videntur distinctae; P. chromatica crassior est marginequc sterili permanente. Mihi imperfecte cognita.
Fungi Rickiani 18510, 18523, Sta Maria 1923. — 18734, Parecí 1940.
Typus in herbario Bresadola, Stockholm.

Poria ferruginosa (Schrad.) Fr. — Saccardo 6,327. — Rick, Broteria 33 (1937) 151.
Effusa, crassa, firma, inaequalis, fulva, exsoleta, spadiceo-ferruginea, ambitu sterili, poris mediis, praelongis, subrotundis, laceris, cinnamomeis.
Ad ligna vetusta; non legi, cosmopolita, a P. contigua forsan non diversa.
Fungi Rickiani, 18767, USA.

Poria, Index alphabeticus cum sporarum magnitudine.

Poria acupunctata B. et C., 6-8
albo-fulva Rick
ambigua Bres. 5-8x3-3,5
aneirina Sommerf. 5-6x3,5-4.5
azurea Rick
Bambusarum Rick. 4-6x3-5
bathyspora Rost. 4-6x3-5
bicolor Bres.
Blyttii Fr. 4-5x3-3,5
bombycina Fr. 5-7x3,5
bombycinoides Karst. 5x3
bulbosa Weinm. 4-5x3
caesio-alba Karst. 5-6x2-3
calcicolor (B&C) Sacc. 4-6x 3-4
callosa Fr. 5-6x4
carneola Bres. 6-8x3
caryae 5x4
cavernulosa Berk. 4-5x2,5-3
chromatica B&C 4x3
chrysoloma Fr. 4-5x3,5
cinerescens Bres. 5-8x2-2,5
cinnamomea Rick 7x4
citrina Rick 3x2,5
coccinea Rick 5x3
collabefacta Berk. 4
consimilis Rick 4x1,5
contigua (Pers.) Fr. 4x5
cryptacantha Mont. 4x3
decolorans Schw. 5x3,5
deglubens Berk. 6-7x5-6
dentipora Pers. 4-5

Poria lamellosa P. Henn. 5-7x4-5
late-marginata Dur. & M. 4x4.5
luteo-alba Karst. 3-6x2
medulla-panis (Pers.) Fr. 4x4,5
membranicincta Berk. 3-4x 2.5
micantissima Rick 8-10
mucida Pers. 5-7x3-4
obliqua (Pers.) Fr. 5-6x6-7
odora Peck 5-6
palmicola B. et C. 3
pavonina Bres. 6x4
polycystidifera Rick 4x2,5
polygramma (B&C) Rick 5-6
porothelioides B. et C. 4x3
pulchella (Schw.) Sacc. 4-5x
pyrrhospora Dur. et Mont. 3-6
radiculosa 5-6x3-4
ramentacea 2-2,5
radula (Pers.) Fr. 3
Rennyi B. et Br. 6,5x5-6
reticulata Fr. 6-9x2,5-4
Rostafinski Pers. 4x3,5
salmonicolor B. et C. 3x2
Salleana Berk. 3x2,5
sanguinolenta Alb. et Schw. 5-7x3-4
stillicidiorum Speg.
subargentea Speg.
subaurantia Berk.

dryina B&C 4x2,5
echinospora Rick 6-8
eupora Karst. 5x4
expallescens Karst. 3-5
ferruginea (Schrad.) F. 3-5
fulvo-badia Pat. 3x3,5
fumosa Bres. et Pat. 4x2,5-3
geopora Speg. 5-6x4-5
gossypina Speg. 5-7
graphica Bres.
hexagonoides Speg.
hibernica B. et Br. 5-6x2
hirsuta Rick 6x1,5
homaema Berk. 5x5-6
hyalina Berk. 3
var. macrospora Rick 5-6
hydnopora Berk. 5-9x4-6
hymenocystis B. et Br. 4x3
hypolateritia Berk. 3-4x3
incrustans B. et C. 4,5x3,5
interna Schw. 3
lacera Karst. 5x4
laetifica Peck 3-4
laevigata Fr. 3x4
subcanecens 3-4x1,5
suberis Dur. et Mont.
subfusco-flavida Rostk.
subhexagonoides Rick 4-6x 3-4
subliberata 4x3
subspadicea Fr. 4-5
subsulphurea Rick 3x2
subviridis Rick
subvulgaris Rick 4x3
sulphurella 9
superficialis 6x3,5-4
tenella B. et C. 4-5x3
tomento-cincta B et Rav. 4-5
tropicalis Cooke 6-7
tulipiferae Schw. 5-7x2,5-3,5
umbrinella Bres. 3-4x3
Vaillantii Fr. 4-5
vaporaria Fr. 4x1,5
variicolor Rick 2,5-3,5
velata Rick 5
vestita Rick
vulgaris Fr.
xylostromatoides Berk. 5-6x 4-5.

SOLENIA Hoffmann.

Poris solitariis sine pileo, gregatim unitis, resupinatis. A Poria poris non unitis in unum stratum distincta. Generatim inter Thelphoraceas recensebatur, sed praeeunte Overholts melius ad Polyporaceas trahitur.

Solenia pezizoides Rick, Egatea 16 (1931) 41.
Strato byssino tenui, atro insidens; tubulis vix 1 mm altis, sessilibus, sphaericis, ore pertusis, extus brunneo-stramineis, pilis flavo-brunneis, spinulosis tectis. Sporis 10x5 my, ovatis, hyalinis, nucleatis.
Ad Bambusam.
Fungi Rickiani 15271, 15274, S. Leopoldo 1929. — 15262, S. Salvador 1943.

Solenia platensis Speg.) Rick, Egatea 16 (1931) 42.
Phaesolenia platensis Speg. — Saccardo 17,147.
Subiculum effusum, matrici arcte adnatum, plagulas maiusculas, sordidas, hirsutas, 1-10 cm latas efficiens; pilis erectis, 20-60x3-5, fulvis; pileis numerosissimis, dense gregariis, turbinatis, margine obtuso, rotundatis, 1-2 mm altis, 0.5 mm latis; pilei pilis confertissimis, brevibus, acutiusculis. 15-25x2-3 my latis, fulvo-albis. Basidiis clavatis, 20x6-7 my; sterigmatibus 2-3 brevissimis. Sporis utrinque obtusis vel subacutatis, 5x4-5 my, uniguttulatis, chlorino-ochraceis.
Ad Manihot et ad corticem frequens.
Fungi Rickiani 15265, S. Leopoldo 1939. — 20752, 20980, S. Salvador 1944.

Solenia endophila (Ces.) Fr. — Saccardo 6,427. — Rick, Broteria 6 (1906) 92; Egatea 16 (1931) 42.
Dense stipata, tubulis furfuraceo-villosis, tapete continuo, saepe evanescente, cinnamomeo assurgentibus, 2 mm altis, globoso-inverse-piriformibus, ore contracto piriformi, rarius cylindraceis, cito amoene t carneo-brunneis, senio ochraceis, disco pallidiore. Basidiis clavatis, tetraporis. Sporis ovoideis, ochraceo-subferrugineis, 7-9x5-6 my.
Ad cortices caulesque fere communis.
Fungi Rickiani 15264, 15266. 15269, 15272, 15277, S. Leopoldo 1933-1940. — 15278, Sta Maria 1936. — 20176, 20603, S. Salvador 1943-1944.

Solenia navispora Rick, n. sp.
Alba, 1 mm lata, pezizoidea, crinibus asperrimis, linearibus occupata, 5 my latis. Sporis 18x10 my, navicularibus.
Ad ramum.
S. villosae proxima.

Solenia villosa Fr. — Saccardo 6,425. — Rick, Broteria 5 (1906) 15; Egatea 16 (1931) 42.
Gregaria, cylindrica, villosa, alba, intus flavidula; pilis punctatis, Sporis ovatis, 7 my.
Ad lignum, 1-2 mm alta, 1 mm lata.
Fungi Rickiani 15275, S. Leopoldo 1929.

Solenia porioides (Alb. et Schw.) Sacc. — Saccardo 6,425. — Rick, Egatea 16 (1931) 42.
Sessilis, conferta, hemisphaerica, nivea, subiculo membranaceo-tomentoso, margine byssino, semiimmersa, laevis, sicca alba.
Ad cortices, habitu Porothelii.
A S. villosa subiculo et forma sphaerica distincta.
Fungi Rickiani 15267, S. Leopoldo 1932.

Solenia Mölleri Lloyd, Myc. Notes 7,1332, pl. 319, f 3062. — Rick, Egatea 16 (1931) 43.
Sine subiculo, dense gregaria, cylindrica, laevis, isabellino-alba.
Ad corticem.
In Museo Berolinensi specimen est a Möller collectum sub nomine S. nivea non publicatum.
Fungi Rickiani 15263. S. Leopoldo 1931. — 22683, S. Salvador 1944.

Solenia candida P. Henn. — Saccardo 6,424. — Rick, Broteria 6 (1907) 92.
Sparsa, exacte cylindrica, laevis, candida.
Ad ligna.

Solenia subfasciculata P. Henn. — Sacardo 16,173.
Tubulis aggregatis, cylindraceo-subclavatis, membranaceis, pallidis vel subflavescentibus, extus dense pilosis, hyalinis, simplicibus, usque 100x3,5-4 my tectis; tubulis 0,5 mm longis, 0,3 mm crassis, apice obtuse rotundatis, ore in statu humido orbiculari, albido-villoso. Sporis ovoideis, laevibus, hyalinis, 3,5 my.
Ad lignum., Soleniae fasciculatae F. affinis.

Solenia minima Rick, n. sp.
Alba, vix 1 mm diametro, cylindrica, ore fimbriato, gregaria, exsiccando decolor. Sporis 7 my, sphaericis.
Ad ligna nuda, S. villosae forsan identica.
Fungi Rickiani 20054, S. Salvador 1943.

POROTHELIUM Fries.

Polyporacea poris perfecte separatis, ita ut singuli pori parietes proprias a vicinis separatas habeant, cum in Poria parietes sint communes. A Solenia substrato communi pororum non piloso distinctum.

Porothelium Friesii Mont. — Saccardo 6,422. — Rick, Broteria 34 (1938) 14.
Effusum, confluens, floccoso-membranaceum, album aut subalutaceum, ambitu simplici; pororum verucis immersis, lutescentibus, urceolato-apertis. Sporis 6x3 my.
Ad lignum.
Fungi Rickiani 14467, S. Leopoldo 1939.

Porothelium cinereum Pat. — Saccardo 11,105.
Rick, Broteria 34 (1938) 14.
Effusum, confluens, floccoso-pulverulentum, tenue, cinereo-violaceum, margine sinuoso-albido, stricto; poris confereis, cupuliformibus, extus pruinosis, pallide cinereis. Sporis 6-7x5 my.
Ad corticem.
Fungi Rickiani 14469, S. Leopoldo 1939.

Porothelium incanum (Kalchbr.) Sacc. — Saccardo 6,423. — Rick, Broteria 34 (1938) 15.
Incrustans, tenue, ligno arcte adhaerens, margine nudo, plano, incanum, tuberculis minimis, poris cinereis. Sporis ovato-globosis, 15 my, hyalinis.
Ad corticem.
Bona species. Quamvis pori singuli parietes habeant proprias, tamen ita arcte inter se iunguntur ut aspectum praebeant Poriae.

Porothelium cubense B. et C. — Saccardo 6,422. — Rick, Broteria 34 (1938) 15.
Effusum, tomentosum, immarginatum; poris ocellatis, brevibus, sticti-formibus, albidum; colore flavescente, in sicco luteo; poris marginis saepe solitariis ad modum Soleniae; saepe aspectu Poriae. Sporis 6-8 my, sphaericis, apiculatis.
Ad Bambusam siccam.

Porothelium griseum (Rick) Rick, Broteria 34 (1938) 15.
Theleporus griseus Rick, Broteria 5 (1906) 15.
Effusum, membranaceum, griseo-pruinatum, tactu fuscescens, margine albo-lanoso; papillis rotundis vel ovalibus, maiusculis, depressis, centro hyalino-vitreo, inter se bene separatis. Sporis sphaericis vel polygonalibus, coloratis. 3-6 my.
Ad corticem.
A P. cinereo crassitie, poris maioribus sporisque distinctum.
Fungi Rickiani 19610, 14466, 14468, S. Leopoldo 1930-1939. — 22839, S. Salvador 1945.

BOLETACEAE.

Tubulis pileoque carnosis; tubulis a pilei carne facile separabilibus, stipite centrali; generatim statura magna; facile putrescunt.
Familia terrestris europaea, in tropicis rara

BOLETUS Dillenius.

Boletus brasiliensis Rick, Ann. Myc. 3 (1905) 235. — Broteria 6 (1907) 81; Ann. Myc. 6 (1908) 108, fungi exs. 192; Egatea 13 (1928) 435; Broteria 33 (1937) 166.
Pileo hemisphaerico, flavo, 1-2 cm lato, 0,5-1 cm crasso, stipite albo, melleo, sursum farinoso, 2 cm longo, usque 0,5 cm lato; poris inaequalibus, irregularibus, mediocribus, albo-melleis vel viridulis, versus stipitem depressis, margine sterili. Sporis 7x3,5 my, flavidulis, ovalibus vel ellipticis.
In pratis non rarus.
Humidus viscidus; B. fulvidi forma videtur tropicalis.
Fungi Rickiani 12558, 12577, 12561, S. Leopoldo 1905-1929.

Boletus mutabilis Morgan — Saccardo 6,19.
Var. **austro-americana** Rick, Broteria 5 (1906) 81,223; Broteria 33 (1937) 167.
Pileo compacto, dein molliore, convexo, tandem expanso depressoque, sicco subtomentoso, brunneo, stipite obtuso, solido, flexuoso, subinde sulcato, sub squamis brunneo-punctato, flavido; tubulis adnatis vel breviter decurrentibus; poris maiusculis, angulosis, inaequalibus, flavidis, deinde viridi-flavidis. Sporis olivaceis, fusoideis, 12-13x5-6 my, carne flava, fracta coerulescente; 6-10 cm latus, 2 cm crassus, Stipite 5-7 cm alto, 1,3 cm crasso.
Ad terram arenosam.
Specimina mea sporis 10x8 my, ovalibus, olivaceis; poris tomentosis, angulosis, minoribus, ore flavo-cinnamomeo nec pure flavo, laesione viridescentibus nec cyanescentibus.

Boletus tropicus Rick, Broteria 5 (1906) 223; Broteria 6 (1907) 81; Broteria 33 (1937) 167.
Pileo crasso, hemisphaerico, 10 cm lato, 2 cm crasso, depresso, undato, compacto, stramineo-fusco, squamulis adpressis ornato, rimoso, fisso, velutino; poris ochraceis, dein luteo-viridibus, elongato-irregularibus, obliquis, compositis, altitudine diversis, albo-irroratis vel fimbriatis; stipite 4 cm alto, 2 cm lato, sursum crassiore, flavescente, versus terram olivaceo-consperso, a tubulis libero, nullo modo reticulato vel striato; carne alba, tenace, fracta demum rubescente; tubulis tactu non decoloratis. Sporis flavidulis, 7-8x6 my, apiculatis.
Ad terram.
Boleto eduli similis. Secundum Singer novum genus, cuius descriptio mihi non suppetit.

Boletus neo-olivaceus Rick, Broteria 33 (1937) 167.
B. olivaceus Rick, Egatea 13 (1928) 435.
Omnibus partibus olivaceis, superficie tamen brunneola; pileo 1 cm lato; poris parvis; stipite brevi, 0,5 cm lato.
Ad terram.
Typus in Herbario Farlowiano sub B. olivaceus Rick.

Boletus panormitanus Inzeng. — Saccardo 6,35.
Pileo convexo, glabro, e fusco sublutescente, margine acuto; stipite valido, pallido, infra medium brunneo, fusiformi-attenuato, radicato, supra medium laxe et eleganter rubro-reticulato; tubulis semiliberis, luteis; poris sanguineo-rubris.
Tactu coerulescens; meum specimem poris amplis distinctum.

Boletus cinnamomeus Rick, Egatea 11 (1926) 16.
Pileo carnoso, solido, 4 cm lato, viscido tempore humido; poris inaequalibus, farctis, velutinis, parvis, cinnamomeo-stramineis, tactu non decolorantibus; stipite brevi, velutino, pileo obscuriore.
In pratis.

PHYLLOPORUS Quélet.

Pileo uti in Boleto carnoso; poris magnis, lamellis radiantibus formatis non vero a carne separabilibus.
Genus inter Agaricum et Boletum intermedium.

Phylloporus Rompelii Pat. et Rick, Broteria 6 (1907) 81; Egatea 13 (1928) 435; Broteria 33 (1937) 168.
Phylloporus foveolatus Rick, Broteria 6 (1907) 81.
Pileo 10 cm lato, carnoso, crasso, brunneo, glabriusculo; stipite 6 cm alto, 1-2 cm lato, brunneo-tomentoso, versus pileum in flavum rubrumque abiente, carnoso; poris flavis, magnis, irregularibus, vel subhexagonis, lamellatim ordinatis; carne flava, fracta sub aere viridicoerulecente. Sporis ovalibus, flavis, 10x6-7 my, laevibus, uniguttatis.
Ad terram truncosque.
A P. foveolato Rick oxydatione aerea distinctus; nihilominus videtur idem.
Fungi Rickiani 18483. S. Leopoldo 1907.

Phylloporus pratensis Rick, n. sp.
Psalliotae pratensi omnibus partibus identicus; pure tamen favoloideus, poris magnis, angulatis. Velum non vidi; procul autem dubio Ps. pratensis mira mutatio.
In prato, ubi etiam legi Psalliotam, cui insuper sporis identicus.
Fungi Rickiani 20867, S. Salvador 1943: Typus.

Phylloporus flavipes Rick, Broteria 33 (1937) 168.
Pileo 2 cm lato, hemisphaerico, carnoso, viscido, vulpino, carne flava, stipite 5 cm alto, 4 cm lato, flavo, laevi; poris magnis, flavis, deinde cinnamomeis, breviter decurrentibus.
Ad terram inter folia.
Fungi Rickiani 14446, Sta Cruz: Typus.